

propata inuoluit honoris impetone pro  
grata inuoluit **vita. sci. iohannis bapti.**

**N**atus iohannis bapti ab  
archangelo gabriele in anu  
nata fuit. Dauid rex sic h  
ia in pōi scō. uolens cultū dei imp  
dū. ~~dux~~ sumos sacerdotes milt  
it. Quoz tū in pōi n. uel. erat q. pe  
ripes sacerdotū crederet. Statim  
aut. rex in pōi. eleazar. et u. fr  
fere. archan. et ceteri uinciu  
ebdā. in pōi hie. abbas aut. vii.  
ebdā. hūit. dānis. que zachari  
as fuit. Erat aut. ipse iuxta eius  
senex. et absq. uis. Cum g. zachari  
as templum nū. ut uicēsu. pone  
uigilans fuit. et multitudo uili dete  
no. caperet. et appuit ei gabriel  
angelus. Cum autē zacharias in  
eius uisione timēret. de tuncas  
pōi. s. pōm. n. ē. bono. ang. hie.  
pōi. dū. glo. et sua uisione. ter  
pōi. hie. exhortatione. pōi.  
pōi. hie. et sua mali angeli. se  
pōi. hie. pōi. hie.

IV, 30  
/.

c. 131.9

im Jahr 1311













A

C  
S

D.

T





COMEDIA,  
DE  
PLAGIO

ALDENBURGI IN MISNIA  
M. CCCC. LV. commisso,

CUM FRIDERICO II.  
SAXONIAE ELECTORI, TUM LI-  
*psia commoranti, Ernestum & Albertum Filios  
noctu raperet*

*Scelestus iste ἀνδροποδίους*

CONRADUS KAUFFUNG

*Autore*

D. DANIELE CRAMERO, SU-  
perintendente quondam Stetinensi,  
*Publicè Marpurgi,*

*In Collegio Iuridico ad Lanum  
exhibita,*

Ab illustris ibidem Pædagogei Discipulis.  
Anno M. DC. XXXII.



Typis CASPARIS CHEMLINI.  
Anno eodem.





*Optimæ spei Juvenibus,*

HENRICO Franzen Marpurg. Hass.  
 GEORG-HEIDERICO Heilman Marp.  
 IOHAN-REINHARDO Krug. Nidan.  
 IOHAN-IACOBO TONSORI Marp.  
 CASPARO CHEMLINO Marp.  
 IOHANNI REISERO Marp.  
 IVSTO HERMANNO Sinolt Cogn. Schür M.

*Discipulis meis dilectissimis S.*



UEM AD MODUM in arboribus  
 rami nascentes obsequuntur Agri-  
 colæ, cujus ductu vel in altum eni-  
 tuntur, vel ad terram proni defle-  
 ctunt; Ita quoque puerorum ani-  
 mi Parentum, velut obstetricum, manibus fingi  
 possunt, certâ & in secuturam ætatem manurâ  
 imagine, ita, ut ipsi etiam post adulti vix senti-  
 ant, virtutum semina naturâ an præceptis accepe-  
 rint. In hac animorum cultura omnes, sive Pa-

A 2

rentes

rentes, sive, quibus proxima à Parentibus in Ju-  
venum animos cura est concredita, Præceptores,  
strenuè agere decet, quò teneros juvenilis ætatis  
ramos probo labore in justam altitudinem du-  
cant, stolones superfluos resecent, ramenta inuti-  
lia, & si quid aliud impedimento erit, abjectent.  
Ita fiet demum, ut virtutis atq; doctrinæ uberem  
fructum in altitudinem acti ferant.

Non jam hic excurram in scholas veterum Sa-  
pientum, quibus modis & quibus viis duxerint di-  
scipulos. Utilissimus vitus fuit inter alia Majoribus nostris tractatio Comœdiarum, quibus adolescentum ingenia informabant. *Comœdia*, enim quod toto cælo notissimus Orator ait, *privata vita & civilis consuetudinis est magistra*, in qua effictos mores nostros, expressamque imaginem vitæ quotidianæ videmus. In ea etiam, quod Venusinus Vates ait, *si quis erat dignus describi, quod malus aut fur aut alioquin famosus, multa cū libertate notatū*, juvenes dehortabatur à similibus factis. Laudabile hoc institutum à multis annis servavit nostrum Pædagogéum, jussu & mandato Illustrissimi nostri Musagetæ Dn. GEORGII, Hassiæ Landgravii, Principis nostri gratiosissimi. Jam annus est, cum applausu theatri de Hamane Comœdia in scenam fuit producta.

Nunc cum iterum & mihi cum Dnn. Collegis partes demandatæ fuerint, ab Excellentissimo nostro Pædagogiarcha Dn. D. *Tonsore*, in publicum producere discipulos nostros, placuit eligere  
Com-

5  
Comœdiam præsentem, quâ *Fur ille Kauffung*,  
*describi dignus*; ejusq; in raptu Illustrissimi Frid. II.  
Saxonis, Ernesti sc. & Alberti filiorum, è quorum  
Profapia Illustris. Hassiæ nostræ Principes pro-  
veniunt, κακεντέρεια vivis depingitur coloribus.  
Eam, *Discipuli mei dilecti*, sub vestro nomine exhi-  
beo, simulque commilitonibus reliquis vestris  
commendo. Facite, quod fecistis præteritâ æsta-  
te, & expectationi nostræ, quam de vobis conce-  
pimus, satisfacite. Incœptum vestrum laudabile  
est, opus est etiam incœpti diligente ac patiente  
continuatione. Ita vobis optimarum rerum scien-  
tia crescet ex cultu, velut arbor, ævo. Sic fovebat

Vester

V Wolfgangus Theodoricus  
Baderus.



A 3

PER.

# PERSONÆ INTERLO- quentes.

Fama, *Fridericus Schranckius Mosspacensis Palatinus.*

*Fridericus II. Elect. Sax. Georgius V Vinckelmannus  
Gissensis Hassus.*

*Margreta Coniux. Petrus Listius Michelstadiensis.*

<i>Ernestus 14. annorum</i>	} <i>Filioli.</i>	} <i>Iohan. Iacob. Ton-</i>
<i>Albertus 12. annorum</i>		
		<i>Iohan. Reiser M. H.</i>

*Barbyus, Georgius Philippus Juncker Königsbergensis  
Gynæcei Magist. Georgius Heidericus Heilman. M. H.*

*Comes, Conradus Venator Homberg. Haß. ad Ohmam.*

*Satelles, Henricus Michelbacher Marp. Hassus.*

*Schönburgius, Iohan. Daniel Langius Gissens. Hassus.*

*Cuntz Kauffung. Reinhardus Rodius Romrodens. Haß.*

*Gothes, servus. Ernestus Müller Marp. Hassus.*

*Wilhelmus, servus. Ægidius Rupperberger. M. H.*

*Coquus. Iohan. Petrus Orthius, Gissens. Hassus.*

*Baccalaur. Casparus Saccus Giessens. Hassus.*

*Carna uxor. Maternus Happelius Kirchaynensis Hassus.*

*Grumpius. Iohannes Loos Kyrthorffensis Hassus.*

*Jutta uxor. Iohannes Leudenroth Kyrthorffensis Hassus.*

*Morio. Iohannes Eberhardus Will. Leystranus Hassus.*

*Novem Musæ cum tribus Filiis.*

*Marcus Henricus Huberus Vlmensis Suevus.*

*Georgius Otto Elsner. Wetteranus Hassus.*

*Iohannes Leusler Alsfeldensis.*

*Nicolaus Ludovicus Goldman. Giessens. Hassus.*

*Iohannes*

*Iohannes Sigfridus Wormbser. Butisbacensis.*

*Iohannes Naseman, Kirchhaynensis Hassus.*

*Iohan Conrad Bergman, Wetzlarisensis.*

*Antonius Finck. Caldernensis.*

*Elias Tilemannus Werthemiâ Francus.*

*Iohannes Hoffmannus Marp.*

*Iohannes Ludovicus Matthæus Weimariensis.*

*Iohannes Ieremias Molther. Fridbergensis.*

*Mutæ personæ.*

*Aulici quinque Personæ.*

*Alhardus Molitor Marpurg. Hassus.*

*Iohannes Bonacker. Marp.*

*Iohannes Conradus Klunck, Marpurgensis Hassus.*

*Iohannes Iacobus Vietor Marp. Hass.*

*Fridericus Sartorius, Kirchhaynensis.*

*Virgines Gynæcei Electoralis.*

*Casparus Chemlinus Marpurg. Hass.*

*Wilhelmus Runckel. Marpurg.*

*Iohannes Henricus Gerthius, Büdingensis Avimontanus.*

*Iohannes Ludovicus Neusel Marp.*

*Equites.*

*Iohannes Georgius Mettenius, Xylochoriensis.*

*Sigfridus Beckerus Marp. Hass.*

*Alexander Kramer Marp. Hass.*

*Iohannes Vlricus Sischer / Butisbacens. Wetterav.*

*Iohannes Iustus Valentinus, Mega-Lindanus.*

*Iustus Milchack Marpurg.*



## P R O L O G U S.

## F A M A.



GO verò quaesum vobis? quae dicor? quae reputor? (oribus,  
 Quid me venisse putatis, tot linguis, totidem  
 Tot auribus, oculisq<sub>3</sub>, plurimisq<sub>3</sub> alis obsita?  
 Dicam. Sum Fama. Num famâ audistis  
 quid fama sit?

Iam sat scio me ridetis intus, & perstringitis  
 Me vaniloquam & mendacem; & hîc mihi  
 Locum deberi nullum, fors an arbitramini:  
 Quis enim mendacibus & mendaciis locus?  
 Sed oro benigniorem vestram in me sententiam;  
 Nec enim ipsa sic, veni huc mendacii  
 Ut manticam attulerim mecum: hîc quod mantica  
 Et Fasciculi videtis veri puri vera & pura mantica est:  
 Præterita etenim narratum venio vera, & ut fidem  
 Faciam, & me veracem esse doceam;  
 Attendite; dicam: en sunt theatro hoc mulri, quos heri  
 Temulentos partim Cervisiâ partim vidi mero.  
 Nonne hoc verum? quæro? tacent, verum loquor initio,  
 Pergo. An non multi hic qui in otio hesternum diem  
 Consumpsere, ut sub vesperâ quid egerint interdium  
 Reputare haud potuerint? tacent, præterita vera refero.

Addo



Addo insuper, plures hîc esse, qui consumpserint  
 Elapso anno plura, quàm lucrati sint toto biennio.  
 Quàm plurimos item adesse, qui potius cupiant opes  
 Per otium partas sibi, quàm immensis sudoribus.  
 En nonne vera dico? nonne hac mantica veri mantica est?  
 Vera loquor, loquar vera, dum theatro in hoc ero;  
 Nunc ergò tacete omnes, altoq; attendite cum silentio,  
 Dicam, si vultis quidnam hîc acturi simus, brevi:  
 Proscriptus perduellis Cuntzius, sibi quam putat  
 Injuriam illatam à Friderico Principe,  
 Vult vindicare, Exploratorem ablegat clancularium.  
 Qui conductus Coquus Aula, prodit secreta omnia,  
 Per nuncia clandestina. Abiens Dux Lipsiam  
 Abducit aulicum secum Comitatum. Cateri aulici  
 In Vrbe abnoctantes ab Arce Altenburgâ, unicam  
 Ducissam & Filios duos relinquunt, crapula  
 Indulgentes, viventes pro ebriâ ferociâ.  
 Vocatus Cuntzius adest noctu, quem Coquus  
 Foramine occulto intromittit in arcis aream  
 Cum sociis; qui mox palatiorum ianuas  
 Oppessulantes, Principum cameram irruunt.  
 Surripientes Albertum Ernestumq; filios (miam;  
 Minisq; & vi: quos secum abducunt: Albertum in Bohe-  
 At Ernestum in Franconiam. Mox undiq; eiulatio  
 Oritur. Ergo divulgo rumorem. Amandantur statim  
 Qui insectentur plagiarios. Tandem fortè in via  
 A Carbonariis capiuntur, dum legunt fraga.  
 Redimitur Albertus, Schönburgioq; reducitur.  
 Turba increbescunt. Ego terrorem Panicum  
 Parti aliene latronum incutio, qui attoniti statim

Ultrò gradum sistunt, atq; Ernestum Schönburgio  
 Adducunt. Sistuntur Parentibus mœstissimis  
 Amissi liberi cum gaudiò. Sed huc reduxi dramatis  
 Hanc fabulam, verissimis rebus tamen plenissimam.  
 Quòd Hassiæ hujus Principes stemma suum  
 Ab altero horum Alberto deducunt feliciter.  
 Res plurimas honor egeffit æviternâ & gloriâ,  
 Hostes domuit, arcesq; expugnavit validissimas  
 Vrbesq; deditione cœpit, Belgio Gallos item  
 Animosus exturbavit, ipsum Belgium rerum in statu  
 Nimum periculoso difficilimè civilibusq;  
 Armis explicuit, & paci tranquilla reddidit  
 Quin Frisiam planè rebellem & insrenem forti manu  
 Sub habenas imperii retraxit, ejus &  
 Decus ruens & inclinatum pristino statu  
 Cum gloria recuperavit, quâ maximum nomen sibi,  
 Quòd dextra sit manus Imperii, acquisiverit.  
 Hic cùm duos haberet ex Sidoniâ Georgii  
 Regis Bohemi filiâ natos suprâ quos retuli,  
 Horum alter Hassiæ propaginis Ducum  
 Est dictus Atavus Electoriæ & domus,  
 Hæc causa, in hoc proscenium cur ducta sit  
 Historiæ hujus actio. Conceditur petitio  
 Votumq; liberum petendi quidvis Carbonariis,  
 Vertunturq; omnia in Triumphum exoptatissimum.  
 Cætera vos ipsimet discetis ex Annalibus,  
 Quo vos remittit Comicus: à quibus si quid variet recitatio,  
 Scitote dandum esse aliquid semper Comicis,  
 Suo ut focco saltent, & modulentur plectro suo.  
 Quod si quicquam actum dictum quod non actum dictum  
 sit probè.

In me

In me, non in Comædum fabam cudite,  
 Nam precinente me ille totum cecinit, at mihi  
 Debetur venia, ut quæ sim moribus mirabilis,  
 Aliterq; aliterq; unam rem proferam, cum mantica  
 Veri, valde affinis sit falsitatis mantica.  
 Hoc observabitis ipsi pro vestra Prudentiâ,  
 Si hic adfueritis cum Prudentiâ & silentio.  
 Quod spero. Ego hinc parùm recedo, mox adero in proscenio  
 Rursum, meâ ut perfungar operâ debitâ.

---

ACTUS I. SCENA I.

Fridericus Morio.

**Q**uid non possunt Senatores mali? quò non suos  
 Redigunt Dominos? quid non persuadent? maxime,  
 Quando potissimam Summam rerum sibi  
 Commissam animadvertunt. Hoc enim primum student,  
 Ut optimè mereantur consilio quodam enormi? hinc sibi  
 Animum Domini conciliantes, atq; hoc modo  
 Viam sternentes ad quæcunq;: mox ubi  
 Cor Principis sibi creditum vident; ad qualibet.  
 Quæis privatam præ publicis indagent commodum,  
 Trahunt retrahunt Dominum, pro arbitrio suo.  
 Res sancta Consilium, sanctumq; Consiliarii  
 Nomen meritò est: at, hoc dolendum; res sanctissimas  
 Quoq; abusu tam profano posse prostitui;  
 Cui credas, vix est ullus. Portus ubi tutissimus  
 Sit Principi, ibi quàm maxima fluctuatio & periculum.  
 Quod si ipse ego Fratri V Vilhelmo in Colloquium  
 Coràm non venissem, nondum credo ad epos  
 Sopitos esse tumultus nostros bellicos,

Oda

Odia & simultates, quibus plenissimo  
 Cornu suggesserunt olea Senatores mali.  
 Miserrima res cladesq; nullis aliis  
 Comparanda malis, intestinum patriæ  
 Bellum; quo sive vincas; seu vincare; insumeris;  
 Ut nulla patrii belli detur victoria;  
 Triumphum ducere, est Epicediis lugubribus  
 Proprium deflere peremptum sanguinem.  
 Et maximè quidem cum Fratre. Proh tremo & horreo,  
 Cum rumino, menti hominum crudelem hanc sevitiã  
 Posse ingenerari! ignosce Deus. compacta foedera  
 Vtrinq; sunt. composita patria, tranquillaq; reddita est.  
 Peccatum ex parte utraq; ex parte utraq; consilia,  
 Sunt sufflata improba. Nunc Deo atq; Casari  
 Debemus acceptum, quod pax inter nos aurea  
 Concesserit: Pax ð accepta, exoptata, omnium  
 Votis petita semper; quam qui dissuere intentaverit,  
 Pereat Furiis diris devotus omnibus!  
 Nunc, quod timendum sit, nihil scio:  
 Si quicquam occurrat, alter in alterius venit  
 Auxilium. Fraternalis manus junctæ invictissimas  
 Quascunq; haud difficulter vires sustinent,  
 Ut Geryones fratres nobis exemplum suggerunt.  
 Quot Lytron attinet inter Pflugium atq; Cuntzium,  
 Movit quidem mihi adhuc etiam post pacis foedera  
 Res illa turbas quasdam, res sat junctæ periculo,  
 Nî prevenissem: namq; præcipuos meos  
 Conjunxit Cuntzius sibi Nobiles; res facile  
 In nervum erumpere potuisset, & periculum  
 Seditiois excitasse, quâ quid est crudelius?

Sed

Sed  
 Pro  
 Alio  
 Mi  
 Na  
 Eri  
 Re  
 Sa  
 Ut  
 Ha  
 Ego  
 Co  
 Tra  
 Su  
 Ne  
 Fa  
 Ut  
 Am  
 Su  
 Mi  
 Pef  
 Sol  
 Nu  
 De  
 Ren  
 Co  
 Qu  
 Vte  
 M  
 Ego

Sed praeveni his malis, & perduellem eum  
 Proscripsi, & extra patriae terminos,  
 Aliorum ex oculis, ablegavi: saepe enim  
 Multa eaq; magna mala obliterat oblivio:  
 Nam quae ex oculis remota, ex cordium penetrabilibus  
 Etiam facile removentur; perditur memoria  
 Re absente. sic remoto hinc ex oculis jam Cuntzio,  
 Sanata sunt statim omnia illa vulnera,  
 Ut nunc merito, quod gaudeam mihi de patriâ,  
 Habeam, & habeat, quod gaudeat sibi mecum, Patria.  
 Ego, quod est in me, Sceptrum mihi à Deo  
 Commissum sic geram, ut mei omnes subditi  
 Tranquillitate & otio possint suo,  
 Sub legibus & favore Principis frui;  
 Ne quid meâ culpâ patiantur infortunii.  
 Faxit Deus, omnium Regnorum supremus Stator,  
 Ut religio, Pietas legum, & Magistratus reverentia  
 Amorq; subditorum, cura paterna, vigeat, floreat,  
 Sub viridante R V T A, sub G L A D I O ancipiti,  
 Mihi ex manu Dei concesso. Absint Catharmata  
 Pestesq; Patria: pereant, qui patriae volunt male;  
 Soli Deo ut fiant grata, & salubria subditis.  
 Nunc, hinc brevi, est animus, excurrere Lipsiam,  
 Deo interim, ut aliâs quoq; commendans meam  
 Rempublicam atq; subditos; qui solus dirigat  
 Consilia mea, actiones, consiliis suis,  
 Quibus solis tutum est confidere; humanis quia  
 Utendum, cum timore & diffidentia.  
 MO. Ego audio bene Fritz. Pater vult Lipsiam proficiscere,  
 Ego volo cum ire; quid dico? tamen habeo hic equum bonum.

Longum

Longum, videte, quomodo possit saltare, cur velim  
 Ergo ire? cur non vellem equitare? quando venio Lipsiam  
 Ibi habet pulchras puellas, tunc ego  
 Volo cum optimâ cochleare: cui non hoc sapit?  
 Ego fui etiam illic nuper, tunc in Martinibus  
 Fuit, proh quomodo ego voravi & potavi. Nunc mox eo,  
 Ut avenam dem meo equo, nam sæpè non vult currere,  
 Tunc fio tam lassus, quasi ivissem ipse per pedes.  
 Veni veni equus, tu debes comedere, ut possis currere.

---

ACTUS I. SCENA II.

Cuntzius.

**H**ancine ego ut contumeliam, tam insignem, in me  
 accipiam?

Mori me satius est: quid enim in vitâ jucundum, ubi  
 Proscindere contumeliâ, afficerisq; injuriâ?  
 Benemeritis honorem reddi, vita est; mors est, reddi dedecus,  
 Pudet benè esse meritum, quando nullâ gratitudine  
 Afficimur, imò, quid verò, si injuriâ  
 Insuper afficiare? Ego an quieto animo feram  
 Injurias tantas? Hoc est; si Diis placet, hoc est muneris,  
 Pro sudore atq; sanguine oblato, Hassiacis in præliis,  
 Contrà Ducem Hassiæ V Vilhelmum, è Patria eïci,  
 Cum contumelia proscribi: & nunc cogi extra Patriam  
 Bohemicis terris vagari. Ego tam fortiter, tam atrociter  
 Me contra hostem gessi, pro salute Principis atq; Patriæ,  
 Ut nullius estimârim vitam & corpus. Turmis cum meis  
 Periculum subivi maximum. Institi Hassiacis  
 Ut in Captivitatem me hostium conjecerim viriliter.  
 Virum ut decet & Ducem: nunc contemnor præ Pflugio,

Sorris

Sortis mecum ejusdem Viro, qui & ipse mecum captus, at  
 Majore usus felicitate: nã Lytron, quo nos uterq; redemimus,  
 Æquale indictum; æqualiter est solutum; at non æqualiter  
 Est redditum: illi omne illud Princeps restituit, mihi  
 Ne obulus quidem deberi redditur. nonne hæc injuria?  
 Æquissimum est, qui passi sunt equalia, fors quibus est  
 Æqualis, æquales quoque reddi gratias, æqualia munera.  
 Æqualia bellum non faciunt. At si forsitan de Pflugii  
 Agatur dignitate? mori me malim, si vel dignitas,  
 Vel Virtus, vel rerum experientia, si Prudentia  
 Pflugii mihi preferenda sit. Testes voco  
 Norbergenses, queis Dux belli & summus Capitaneus  
 Contra Marchionem Albertum militavi. Imò voco  
 Testem, ipsum hunc Fridericum, cujus Aula aliquandiu  
 Marschallus præfui; Procedat; quero an in unico  
 Saltem unquam impegerim? quero num quicquam meâ  
 Incuriâ commissum, nedum culpâ aut crimine?  
 Proferat Pflugius sua bene merita tanta in patriam:  
 Macte imponemus Trutinæ; si super arint mea;  
 Lyturon accipiat, per me licet. Vel age in medium  
 Conjiciamus hostem Lytron, qui subduxerit  
 Inde, aut Virtute aut vi, capiat. Vel si volet,  
 Mecum duello uno certet, de communi illo premio,  
 Aliâ nequaquam me illi præferri patiar: Nam si genus  
 Spectet, meâ de gente plus mihi glorior,  
 Quam ille unquam; vel certe nil ille proferet  
 Suâ de gente, quod non proferam æquè de meâ.  
 O si tecum mihi soli res esset, bellissime  
 Pflugii, rem pridem transegissemus! dextrâ hac, hoc gladio:  
 Sed admodum cautè fumario eduxti caput,

Remig.

Remq<sup>3</sup> omnem coniecisti in Principem; hic ut sit tuum  
 Asylum: herclè quidem ratus, me contrà illum nihil  
 Posse: Haud nego Magistratui meo  
 Debere me obedientiam & reverentiam, & meo  
 Juramento me illi obligasse; fateor, non nego;  
 Sed & ille mihi Sacramento se obstrinxit, cum subditis  
 Honorem, amorem, tutelam promisit, juxtà Saxonum  
 Leges & Jura: hinc ille suis quoque subditis Reverentiam  
 Debet, pro Jure subditorum: equalia quando Jus equalibus  
 Tribuit, hoc reddat & ipse: si non reddat, exiit  
 Se Jure, in Leges peccat, & suum irritum  
 \* Reddit Sacramentum, Jam quòd si Sacramento se suo  
 Solvit, meo rursus solutum me rectè arbitror,  
 Cùm pactum sit mutuum. Superbia Principis  
 Non est ferenda semper, ne Tyrannica  
 Ferendo consolidetur vis, ne subditum patientia  
 Sit illi fomes faxq<sup>3</sup> omnis licentia,  
 Quà tandem tota accendatur, conflagret, Patria.  
 Quid ergo, Cuntzi, quid dubitas? languentem te excita,  
 Incumbe in iram: non plebeiâ gente natus es,  
 Vir es satus de gente nobili. fac ut sciant,  
 Durum esse, nobilem injustè è Patriâ proscribere.  
 Nec sum in vindictam sterilis: nec mihi deest  
 Materies retribuendi injurias, justis talionibus.  
 Probant, laudant, juvant meos conatus plurimi  
 Egente Nobiles, hic Vitshumenses, hic ab Apolda nobiles,  
 Aliq<sup>3</sup> plures, verè virtute atq<sup>3</sup> nomine nobiles:  
 Dextra haud rudis ad vindictam, occasio  
 Non levis. Emisi exploratorem, quem jam nunc in Principis  
 Ipsius Aulâ alo, qui rectè explorat consilia aulica,

Et glan-



Et clandestinis ad me transfert nunciis.

Quid cunctor, aperto Marte, conjunctis consortibus  
 Meis reliquorum Nobilium, statim desciscere  
 A Principe, & ditionem vastare? haud certè decet  
 Moram trahere, & morando intus molestias  
 Animi augere & cumulare. At quisnam eò (tus est  
 Accurrit? en meum Gothem! meum servum! quid ille? le-

---

ACTUS I. SCENA III.

Gothes, Cuntzius.

**H** Ere hac Epistola tibi mittitur ex Saxoniâ.

**CU.** Quis attulit? **GO.** Vilhelmos quosdam ~~no-~~  
 minavit nuncius,

Aitq; se secretò missum, litteras sibi (manum:

Magnoperè commendatas, esse magni ponderis. **CU.** novi

Meus ille est, de quo dixi. Tu recede hinc perparùm:

Aut hùc, cape hem tibi, affer nuncio

Hunc aureum, & jube exspectare apud me: cùm perlegero,

Redi hùc, num quicquam te velim, ut mihi adsis obvius.

**GO.** Faciam. **CU.** benè sunt compactæ hæ litteræ: opti-  
 mum

Meum inventum, notæ peregrinæ, quæis nova illa scribimus,

Licet enim intercipientur litteræ hæ, nullus tamen

Agnoscet literas, nedum quidd explicet. Legam:

Salutem & observantiam tibi debitam.

Vir Nobilissime Cuntzi, ego his celare te

Non possum, me Aulam explorasse, & rotam omnibus

Nervis rem egisse tuam, meæ concreditam

Fidei, ut potuisti ex litteris superioribus

Cognoscere sæpe numero: nondum adhuc tamen

B

TAM

Tam oportunum invenisse unquam nobis locum,  
 Quàm nunc modò: Nam Princeps decrevit Lipsiam  
 Brevi ire, quò secum abducat quamplurimos  
 Ex nobilibus, cum Matre Ducissâ Filios  
 Domi hic relinquet solos. Consultum mihi  
 Videtur ergò, occasionem hanc tam brevem  
 Nequaquam negligendam: hortorq; sedulo  
 Vt quàm primùm, lectâ hac Epistolâ, pares  
 Tuum comitatum, & hujus mensis septimo die  
 Primâ nocte huc venias ad Arcem: & afferas  
 Tecum aliquot scalas, quèis possis conscendere  
 Montem Arcis, & pedem murorum attingere,  
 Vbi ostendam forâ. enclancularium,  
 Quo perreptare in Arcem possis, & tuo  
 Voto per agere, qua tecum decreveris.  
 De cæteris corâ. mox consultabimus:  
 Vale, & me habe tui semper fidissimum.  
 Cura omnia citò, citò, & quidem citissimè.  
 Iterum Vale, atque certò certius veni.  
 Raptim. Datum Altenburgi. Quinto Julii  
 Anno post virgineum partum millesimo  
 Quadringentesimo, plus quinquagesimo.

Tuus, quem nosti, Totus, Schvvalbius Coquus.  
 Qui d dicam? ubi sum? quid gestiam? licetne erumpere  
 Hoc gaudium mihi? ô me felicem! ô faustum diem,  
 Qui gaudio hoc me explevisti! quid moror?  
 Cur non incumbo in iter? quare non prosequor  
 Meam causam & talionem? cur non cunctantem excito  
 Animum? cur non veteres ex imo pectore impetus  
 Violentus haurio? quid cesso? quid cunctor? quid contumeliâ

illa-

Illatam devoro ? nunc nunc tempus, nunc locus,  
 Nunc hora me vocat : certa est mens & sententia  
 Vindicta. Sed, nondum an rediit meus servus Gothes ?  
 Heus heus Gotha, heus ubi es ? GO. adsum hinc Here  
 A latere hinc astiti paulò remotior, tuam (dio.  
 Ut ed meliùs per ageres causam. CU. age hinc, audi GO an-  
 CU. Ito ad stabularium meum & iube, ut mihi  
 Dicto citiùs jamjam instruat triginta quinque equos.  
 Cum Viris totidem, qui mecum hinc Saxoniam  
 Tendant, armis & apparatu bellico  
 Toti instruantur accuratè : pedites bis decem  
 Fac. adjungantur ; nec minùs tute ipsemet  
 Te ad iter para. Curre otius. facite omnia hæc  
 Dicto citiùs parata sint. GO. faciam, curram hinc ocissimè.  
 CU. Ego actutū sequor. GO. Audio. hinc me conjiciã in viã  
 CU. Quòd si meis sociis V Vilhelmis sic visum fuerit, statim  
 Plures his copiis conscribam, & illi sese ultrò mihi,  
 Ut spero, adjungent, suppetiasq; ferent suis  
 Cum cohortibus : nunc tempus est, ut me meã  
 Induam armaturã, & quod decet Ducem  
 Præeam, ducam, reducam. fortunet viam nostram Deus!

## C H O R V S.

Impietas, luxus, simulatio, fraus, dolus, ira (aula.  
 Mens mala, rara fides, hæc omnia habentur in

## ACTUS II. SCENA I.

Cubicularia, Principissa.

**I** Tam inquis, Domina mea, abitarum hinc solum Principẽ.  
 Nec esse opus quicquam apparatus instrui ? (lum  
 PR. Non est opus. CU. ni forte Albertulum atq; Ernestu-  
 Nostrum

Nostrum secum velit ire, ut urbem Lipsicam  
 Etiam lustrent, atq; excursu sese hoc brevi  
 Recreent, pulcherrimo admodum hoc aestivo tempore,  
 Quod si scirem fore, properarem, eisq; instruerem  
 Subuculas, collaria, tiaras, reticula,  
 Muremulas, Monilia atq; armillas, & quod amplius  
 Ad iter facit. PR. non est opus, quoniam Princeps meus  
 Vtrumq; vult mecum manere domi. CU. quâ sic precor?  
 Cur non liceat parum exspaciari pupulis bellatulis?  
 Maximè in hac amœnitate tantâ temporis,  
 Ut in arboretis & Pomariis se Lipsiæ  
 Oblectent, lusitent, in quæis proculdubio nunc rident omnia.  
 Ah Domina mea, eant rogo, comitentur Principem!  
 PR. Tace, nescis quid inquis, aut quid roges. Non conuenit,  
 Puellulos circâ hunc æstum dierum canicularium  
 Emitti, quem non nescis insalubrem: nec minùs  
 Nôsti, quàm pueri ligurire soleant fructus in pomariis,  
 Neque immaturis abstinere: vnde est consultius, domi  
 Hic cum libellis esse, & lusitare in literis.  
 CU. Ah disciplina durior! PR. Immo, ego ipsum Princi-  
 pem meum  
 Malim domi manere, ob caussas plurimas:  
 Nec enim scio quid cor doli mihi mens presagiat?  
 Quid hac noctu mihi visa somnia nuncient ma p  
 Boni malive. CU. Quidnam ah Domina mea clementissi-  
 PR. Visus mihi Aper quidam, asper, grandis, & ferox,  
 Vincti nostri sepes rostro perfregisse, & irrepsisse protinus,  
 Eversionemq; intentâsse Vitium omnium: ut vindemiæ  
 Spes omnis concidisse videretur, nisi Vrsus subniger  
 Profiliens illicd obstitisset, & vertisset Aprum in fugam,  
Tua

Non est quod timeatur somnium illud: fortè interdium  
 Spumantem, & dira minantem. CU. Ah Domina Clemen-  
 tissima!

Tua Celsitudo cogitavit de Vineto & Vitibus,  
 Et deinde vidit Vrsum nostrum, quæ duo, noctu in somniis  
 Sine deinde juncta à cogitationibus. Namq; assolet  
 Fieri, ut recurrant noctu, quæ sunt acta interdium.

PR. Solet id quidem fieri, nec magni ego hæc insomnia  
 Pendo: faxit Deus, ut saltem Princeps meus

Eat, redeat feliciter! CU. Hoc faxit Deus ter optimus!

PR. Quid verò? an Cortina, tapeta, & lintheamina,  
 Cum Cervicalibus curata à te,, atq; capsulis  
 Suis inclusa in iter? CU. nondum factum ædepol.

PR. Quid sic? CU. Nec enim arbitrata sum, ipsius Clemen-  
 tiam

Tàm festinanter hinc ituram. PR. imò matures est opus,  
 Nam mox inibitur via: Nobiles modò

In apparatu & armis sunt omnes. CU. Sed, nonne, qui huc  
 adventitat,

Comes est? at? qui? quòd ille nondum accinctus? fortè quòd  
 Abitio sit protrahenda? PR. Nil est, nil est quod putas,

Non ille unà ibit: tu perge, & quod dixi, fac statim instrui.

CU. Eo properè. PR. Sed heus, jube huc intrò ambos Filio-  
 Adducier, ut Patri valedicant, antequàm hinc eat. (los meos

CU. Faciam lubens. PR. Ego hinc ad Principem meum me,  
 Ibi illos excipiam. CU. audio, fient hæc omnia.

Sed redeo. PR. quid ergo refers? CU. rogat Comes, si non  
 Clementia

Vestra grave sit, se audirier verbum unum aut alterum.

PR. Non est grave: accedat. CU. placet: heus ad sis! Ego

hinc eo:

B 3

AC-

Tua

## ACTUS II. SCENA II.

Comes, Principissa, Cubicularia.

*S* Alveat Domina mea Clementissima plurimum.*N.f.* *PR.* Et tu salve Comes, quo tendis? *CO.* huc ad Prin-  
(cipem*Qui me vocari iussit; num mihi eundum sit simul,**Ignoro, nondum adhuc quicquam apparatus est viaticè**Mihi paratum, ergo peterem tempestivè à tuâ**Clementiâ indicium fieri mihi, quidnam factò opus fiet,**Vt illico, si referat, me colligam & me in iter parem.**PR.* Opinor herculè jam nunc volupe esse vobis omnibus*Abire, & florem totum Nobilium atque Equitum mihi**Subducere, solam relinquere, & omnibus auxiliis**Privare: quid tandem cum ancillarum imbecillibus**Manipulis faxo domi? horreo adhuc, dum ruminò,**Vix nuper tantos bellorum consopitos turbines**Et intus & foris motos; & nôsti obducto vulnere**Semper cicatricem manere: & complacatis fluctibus**Non illicò sedarier fundi marini arenulas. (nus**Novi V Vilhelmum Affinem Saxonem, novi Bohemiæ ma-**Ferociam, quam jat probârunt in nuperrimâ**Vrbis Geræ oppugnatione, quam modis lamentabilibus**Oppugnârunt, spoliârunt, & plus quinque millibus**Civium mactârunt Vrbis, & Vrbem postmodò**Vnâ cum Arce igni concremârunt, mœnibus**Destructis, dirutis, pessundatis: Nec dum quisquam ampliùs,**Qui hæc anxie perpendat, aut faciat magni. Victoriæ**Nil est quod conferat magè, quàm hostium securitas.**CO.* Nil est Domina mea pericli: nam seditio omnis hæc*Collata est in tranquillum; & tantis conditionibus*

NAUM-

Naumburgi sunt pridem percussa pacis foedera, ut nihil,  
Nihil inquam, hoc nomine sit timendum, nisi vel Caesaris ipsius  
Mandatum & Imperii violetur interposita autoritas.

Quis tanta esset dementia, nisi proscriptionis qui leve  
Supplicium duceret? quis queso tam solennia

Erecta pacis festa, multis sanctimonis

Firmata, reddat irrita, in quibus piis ceremoniis

Cecinimus, Te Deum laudamus; & sacra omnia fecimus,

Quis foedera assolent sanctè sancirier: quis pacta illa irrita

Reddat, nisi qui & Deum & dehonestaret beatam Virginē?

PR. Ut nec moratur aut numerum aut Characteres Lupus,

Sic nec Crucem, thura, aut aquam benedictam fur fugit,

Quin ipsa ab ara furetur. Sed esto, timendum hoc nomine

Nihil, tuta omnia esse, nondū erunt aliās tamen tuta omnia.

CO. Quis sic Domina? PR. quis sic? Ecce stator excidit tibi

Noster, quas technas moliatur, quas minas (Cunctius

Passim evomat spiretq; nocendi quornam captet ansulas?

Nostine perduellem, quam frontis sit nullius,

Nullius pudoris, qui vel in hos ipsius Principis

Oggannire ausus est, minari vindictam & maledicere,

Nonne ipse idem audeat vindictam persequi & malefacere?

CO. Ohe quid ille Scarabeus, plus stridulus quam noxius!

PR. Imò rectè Scarabeus, & Scarabeus noxius;

Quem non impunè Aquila irritavit, quæ sibi

Et viribus suis etiam nimis fidens, inimiculi

Tantilli vim non effugit, cum magno dispendio

Vidit sibi ova fracta, & è nido projecta humi,

Ut nec Iovis in sinu tuta essent, hoc est quod volo,

Nullum abjectum humilémve hostem temnendū, & sic licet

Vel musca, vel Scarabeus, vel muscis etiam minor.

B 4

CO. sed

CO. Sed ille nunc longè hinc est in Bobemiâ.

PR. Ecce tanta hominum nostrorum, tanta, inquam, est  
 Ut nî paries proprius caleſcat, fumet, ferveat, (ſecuritas,  
 Nil cenſeatur eſſe adhuc ignis periculi,

Quaſi ultra Indos & Inſulam Thulen ſita ſit Bobemia

Ab Altenburgo, qua & cõtermina eſt, & fermè itinere diario

Ab hinc tantùm diſtat: nil tam longinquum, nil tam diſſitũ

Hoſti, quod non brevi ſuperet. At nos, neq; diſſita longulè,

Neque proximè adſita, eſtimare poſſumus.

CO. Quid, heræ Clemētiffima quid tantoperè paves, times?

Placet mihi tecum manere, ſi manendum ſit mihi.

Nec enim paulò priùs ſic quaſivi de abitu meo,

Quaſi magnoperè mihi ſit volupe, hinc unà ire Lipſiam,

Quia non diu eſt quòd adfuerim, vix laſſi, menſes quatuor,

Quando celebravimus illic cum Wilhelmo Principe Baccha-  
 nalia.

Poſſum ipſe etiam lubens jam nũc quieſcere in hoc eſtu domi,

Sub umbrâ, dummodò qui d me Princeps ſ facere velit, ſciam.

PR. Intelliges idipſum intus, nam te hic manſurum non  
 dubito.

Siquidem Comitatus omnis in accinctu modò fiet,

Tuq; imparatior: Sed tempus eſt, nos ingredi,

Prius quàm Princeps exeat. CO. quid? nõnne Cubicula-  
 ria hũc ocuus (tur via?

Recurrit? eſt ea ipſa. PR. quid affers? an propediem, inibi-

CU. Propediem Hera, nam cum exirem hũc, ipſo in limine

Princeps erat, noſtroſq; Principellos ſecum habet,

Et de Celſitudine veſtrâ quaſiſſe eum audio,

Quod huc narratum veni, nec minus quoque

De te, Comes, quaſiſſe accepi. CO. quid narras precor?

Sum-



Summum ergo tempus est intrandi. at ecce modò  
 Princeps ipse egreditur. P R. procedendum est ei obviam.

A C T U S II. S C E N A III.

Fridericus, Principissa, Albertus, Ernestus,  
 Barbyus, Comes.

**E** Nimverò vos exspectabam intus. P R. nos non tam  
 præproperum fore

Abitum vestrum sperassemus, jamque in mediis vestigiis

Eramus intrandi F R. properare convenit, grave solstitiū est

Et vehemens. C O. Caballi pingues cursus atq; festinantiam

In ardore hoc non perferunt. F R. at heus Albertule,

Et tute Ernestule, nonne tuam Dominam Matrem manu

Salutas basiat à? aditin? E R. salva sit Domina matercula.

AL. Et salva à me fiet etiam Domina matercula. P R. optimi

Filioli: & hūctū Barbyus dextram mihi quoq; (cor.

BAR. Cum debita subjectione mee Domine salutem perpre-

P R. Approbo. F R. Quid? vos Signorelli, quid? num Ly-  
 psiam (nem

Vultin? me comitari? P R. arrident, scio illorum Cupidi-

Spaciandi & excurrendi. F R. Quid si Domina Mater in-

tercesserit (ptime,

Pro vobis, agedum comites mihi eritis. P R. mi Princeps o-

Quid? ut periculum in ardore hoc sibi Syrio creent?

Et ut ipsa ego desolata sim? domi? F R., at, maneat, si sic voles.

C O. Meticulosior est aliquantulum Ducissa. F R. qui sic

C O. nescio,

Nisi perduellis quod meminit paulò ante Cuntzii.

F R. Quid audio? timen? tu Cuntzium? P R. Timeo illicet,

Quia nullum hostem temnendum duco, etiam abjectissimū.

B S

FR. O

FR. O mea animula, non est quod timeas bonum hunc  
Virum,

Ni forte piscinas nobis accendat, & pisces extorreat:  
Mina misellulorum proprii mali integratio est,

PR. Esto: mitto haec, Meminit Comes quid dixerim paulo  
Et desino ipsa etiam timere. Deus faxit feliciter (antea,

Cedant ut omnia. CO. Sed quid Princeps clementissime,  
Ego faxo? vocatus huc adsum a tua Celsitudine,

An & mihi ingrediendum est hoc iter? FR. non est. Tibi  
Inspectionem Arcis nostrae commendo, & Filium

Custodiam simul, ut praesto sis tuae Principissae; Epistolis,  
Si quae veniant, responde; si responderis

Majoris esse videatur, mecum communica

Per nuncium. Quod cetera attinet, facies quod & volo,  
Et me scis velle, & agendum esse haud obscure intelligis.

Precipere plura nolo; nam multum praecipere,  
Male sperantis, neq; illa levis praesumptio est:

Nec hinc abero diu. CO. faciam. quod Celsitudini  
Tuae esse gratum intelligo, & quod est mearum partium.

FR. Non dubito. Nunc quoniam parata intelligo omnia,  
Et nos abire moneat ipse Sol, eundi hinc tempus est.

Vos liberi mei cum Matre manete domi, altera

Vice mecum abibitis, venatum, equitatum. Tu Comes

Curam illorum gere, ut dixi. Valet. PR. Deus meum te  
Principem (quid amplius?

Conservet hoc aestu incolumem! CO. Faxit Deus. Quid nunc?

Taratantara dedit signum. Abierunt? PR. nil, nisi ut vos  
Intretis, mecum una coenabitis, Cubicularia (Liberi

Post coenam vos comitabitur ad vestri thalami palatium.

Tu mi Comes, pernox, ut spero, in Arce eris,

Aderisq;

Aderisq; familia nostra, quæ adhuc domi est.

C O. faciam mea Principissa. P R. rectè, Nos intrabimus.

ACTUS II. SCENA IV.

Comes, Satelles.

**H** Aud meherculè scio, num nocte hâc etiam queam  
 Præstò esse, nam nî fallor sic occasio feret,  
 Ut ab Arce hodiè abnoctandum sit mihi:  
 Heri enim aliquot commilitones aulici coivimus,  
 In hunc diem ut de symbolis essemus in Vrbe, & Orgia  
 Instantis Cilianæ celebraremus pollucibiliter,  
 Apud Hospitem Urbanum, quem ei rei præfecimus,  
 Data manus, locus, tempusq; constitutum est, reliquis  
 Mei Sodales, mox illic aderunt, nî adsint modò.  
 Nec magnoperè interest, sive hîc, sive illic dormiam,  
 Nî fortè Ducissa timeat Lemures, & larvas umbratiles,  
 Ne reserent Arcem, & terræ crepis crepitaculis  
 Cursitent & lusitent, aut Arcem ne moveant loco.  
 Næ mihi mulieres incertum genus, & mirabile,  
 Quæ, ubi nihil timendum, ibi timent nimis,  
 Et ubi verè timendum, ibi omninò nihil timent,  
 Ita semper adversa natant adverso flumine.  
 Quid hic enim quæso periculi de Cuntzio?  
 Valvis occlusis, quis muros & mœnia  
 Transiliet? nî forsàn penetret saxa & trabes.  
 Si quis tantæ dementiæ, atq; animi sit, ut inferat  
 Vim, certè ille haud erit tantæ dementiæ,  
 Ut se unâ nocte speret clanculariis dolis  
 Totam superare posse Arcem, paucillulis manipulis:  
 Quòd si ergò ingentem secum exercitum trahat,

Nun-

Nunquam ita latebit, ut toti Arci, Vrbi, immò ditioni sit ne-  
sciens.

Quid enim in speculis Speculantes Argi nostri? sit licet  
Vt dormiat hic, non dormiet ille, aut ille, cum quàm pluri-  
Ditio sit tota, hâc, illâc, undiq; & undiq; confita (mis  
Pinnaculis speculantibus, ne lumbricus vel musculus  
Dicionem irreptitare posse videatur, terrâ è conterminâ.  
Sed, quid opus est verbis? quid hanc mihi rem tactio est? cur  
non eo?

Heus tu Satelles, ociùs curre ad convivas, quos mihi  
Nosti affuturos, & quoscunq; adhuc offendas illorum domi,  
Dic me rogare, promissis ut stent datis heri,  
Et in Vrbe adsint mihi: ubi, ut norunt, epulabimur:  
Harduigum, Arnoldum, Luduigum, Didericum & ceteros.

S A. Here,

Vix est opus, nam compertum est mihi, omnes jam modo  
In Urbem descendisse, & præstolari ibi  
Tuam Generositatem. C O. ehem, quid audio? si sic seres  
habet, (expedi.  
Ipsus nunc etiam contendo ed. Sed interim curre hinc, atq;  
Quod iussi, ut qui nondum adsint, hos voces,  
Dic me nunc rectâ in Urbem abiisse, sequantur illic. S A.  
Faciam.

## ACTUS II. SCENA V.

Stalles, Morio.

**E** va, Io, Io, quid ni sim letus? quid ni gestiam?  
Quid non exultem? quid non optimè precer  
Divo illi Kiliano, qui nos sic hodiè exhilarabit? gaudeo &  
Delector illis Sanctis, qui nobis secum Orgia

Ferunt

Ferunt & compotationes: ô salve salve Pater mihi  
 Martine bone Domine, qui vinum das bibere,  
 Et opiparè in anserum assaturis vivere!  
 Et vos mihi sacra festa Bacchanalia  
 Farciminosa, Ovalia, larvata, ebria!  
 Et tu vernalis sancte Urbane salve, pro tuâ  
 Quando bibitur salute, & propitiâ tuâ  
 Clementiâ tempestatum quas vitibus  
 Largiâre opportunas! Valete procul, valete & cedite  
 Omnes vos Sancti, & Sancta, queis jejunia (oh, oh, oh!)  
 Et vigilia dicuntur, hinc procul, ô procul, imprecor! MO.  
 SA. Ehem quis ejulat? MO. ut pereat Valtinus verberones  
 hos malissimos. (ejulas,  
 SA. Hem Morio, quid ejulas? MO. quasi verò adhuc, quis  
 Stulte an non sentis intus quot dederint plagas mihi?  
 SA. Profectò haud sentio, licet à latere astem proximus.  
 MO. Cur non sentires tot pœnas datas mihi? SA. cur ergò  
 Tibi si dederunt pœnas? tu pœnas illis dedisti forsitan. (ejulas  
 MO. Minimè: ast illi pœnas mihi dederunt. SA. quis verò  
 flagra  
 Suscepit? MO. illi: nam flagra in manibus habuerunt pla-  
 gosissimis. (dic quomodo,  
 SA. Manibus? & non pedibus? MO. nonne audis? SA. sed  
 An quòd sustinuerint flagra, an quòd intulerint tibi?  
 MO. Eja age, quàm tu es stupidus, qui non potes intelligere,  
 Quomodo soleant homines dare pœnas? stultus es,  
 Nec habes Cerebrum acutum: si fuisses hic in Aulâ tam diu  
 Quàm mea Persona, tunc tu sic non quæreret:  
 Abi modò intus, tunc tibi benè monstrabunt, Fratercule,  
 Et quære tantùm humeros meos & podicem,

Benz

Benè dicent, quomodo soleant eos punire. SA. Sed quid erat  
 Quid culpa, quando castigarè? MO. Oh nihil, (rei?  
 Sed quia me nolebat Princeps secum sumere Lipsiam,  
 In cubiculum meum concluderunt intrinsecus,  
 Ut non possem exvenire: tunc coepit venter mihi  
 Increpitare, & mox nescivi quid deberem facere:  
 Circumvideo; & video multas aves casarias  
 Valditer maculasse ubiq; fenestras, mensas, scamna, idcirco  
 Coepi etiam sobvere caligas: nam tam sapiens fui, (ego  
 Ut dicerem Aves illud fecisse. SA. quid illi, cum sic diceres?  
 MO. Oh non voluerunt fidē dare, sed mihi dederunt pœnas  
 Et avibus nihil fecerunt, quæ toties tamen; & verbera,  
 Cùm ego tantum unicum semel. SA. ab blatero stultiss me!  
 Merito tuo castigatus. MO. quid? hem tace, aut clavā hanc  
 Impingere volo, num velles quoque tu me rumpere (tibi  
 Dolore ventris? tu quoque talis nebulo es,  
 Qui me solent vexare, nosco vos pedisse quos.  
 SA. Non sum ex illorum numero, tu, magnus Dominus, tace.  
 MO. Benè est: si me sic non vocāsses, debuisses verbera  
 Accepisse ab hoc manuario. SA. immò ego insuper (Comes  
 Voco te ad Convivium. MO. ubi? SA. nescin? in Urbem te  
 Dominus meus vocari jubet. MO. veniam, ho veniam, sed  
 anne ibi  
 Etiam sunt Virgines? SA. imò sunt virgines ibi: tibi optima  
 Iungetur. Tunc abeo, tu fac ad sis dicto loco.  
 MO. Abi saltem tuam viam: ego hoc nolo obliviscere.  
 Sed nunc volo in culinam abire, nam tumultuat  
 Mihi venter & gula: castigationis in locum  
 Offam volo conicere & consolari me unā bonā cupediā,  
 SA. At plus justo me detinuit lepidum illud capitulum

Suis

Suis  
 Invit  
 Ibi ibi  
 Noct  
 Vinu  
 Viva  
 Me n  
 Proje  
 Serv  
 Nun  
 In V  
 Arcia  
 Accip  
 Est li  
 Sed n

E  
 Illud  
 MO  
 Si re  
 Fura  
 Habe  
 Cedo  
 MO  
 Ego v

Suis nugis, satiùs fuisset interim me consortes meos  
 Invitâsse ad Crapulae vespertinae dictum locum:  
 Ibi ibi collum & rutim nostram curabimus, & festiviter  
 Noctem insumemus hanc apud urbanas ancillulas:  
 Vinum & Cerevisia non deerit, cum herus meus  
 Vivat benè, si vivam ipse ego malè, quovis deputem  
 Me malo dignum, si Abbas primus talos & tesseras  
 Projiciat, haec cur non ludant reliqui fratelli?  
 Servus, qui sit similis Domino suo, optimus ille servus est.  
 Nunc pergo visum, num conviva caeteri descenderint  
 In Urbem: Non dubium est, nam quàm libenter extrà clau-  
 stra sint

Arcis Principe absente, haud ignoro, fieri ut assolet,  
 Accipitre secedente inaudax grex omnis volucrum  
 Est liber. Heri tergum semper licentiae est repagulum.  
 Sed nunc eo, prius meos invitatum Consortes, deinde Heros.

ACTUS II. SCENA VI.

Coquus, Morio.

**E**X I inquam, age exi, exeundum herclè est tibi hinc fo-  
 Apage te hinc è Culinâ, abi lignarior trifur, (râs,  
 Illud vide os sibi ut distorsit carnifex. (cere

**MO.** O cur me vapulas? **CO.** imò tu magè vapulabis ec-  
 Si redeas mihi denuò. **MO.** tamen tibi non punta aut pyra

Furavi, nec amygdalas ullas in manticâ

Habeo, cur me ergò vapulas? **CO.** ehò peris forex,

Cedo mihi hinc è manticâ, quod harpagasti furcifer.

**MO.** Ehò, quid me spolias? scio benè quid facere te viderim:

Ego volo te accusare. **CO.** quid, malùm, vidisti? **MO.** nolo

dicere,

Mi. 6

Mitte me modò ire, & non volo te accusare coràm Principe.

CO. Quid, malum, vidisti? MO. ego scio noctu, mitte me  
ire carnifex.

CO. Mittam, sed hoc pacto ne cuiquam quicquam dixeris.

MO. Ita, nolo facere. CO. abi ergo & hâc mihi ne redi sub  
vesperâ. vesperâ.

MO. Ego benè aliter scio, quò volo ire, tu me non revides hac  
In Urbem abeo. Facio tibi aliquid in tuas Cupedias.

CO. Abiit. Proh! Iuppiter, vehementer me movit dictis suis  
Scelestus ille Morio! miserum certè & miserrimum,  
Omnes in Aulâ habere oculos emissitios,

Vt non invertere aut manum aut pedem queas,

Quin sint, qui observent, annotent, & lynceis

Oculis circumspectent. Si quando sis tam providus,

Prudentum ut oculos effugias, nondum effugis

Puerorum & Morionum adversiones. Verū me herculè est,

Si quid tegi velis ne stultis & pueris id detegas,

Quod sæpe veritatem inviti elactarent. Sed haud tamen

Spero illum Carnificem rescisse aliquid mei negotii,

Quod pernox consilia administrârim omnia.

Sed mentionem & ille noctis fecit; angor, suspicor,

Et nescio quid suspicer mali. Sed quid? mitto has molestias.

Quis scit, quid ille Stultus effutiverit? vel maximè

Quam non diu futurum sit, quando mea

Consilia in actum traducentur: transeat modò

Hæc vespera & nox instans, deinde ut spero crastina

Aurora nunciabit nobis letiora nuncia:

Nam non equidem faciet, satis scio, Cuntzius,

Quin hac nocte adsit, ut vocatus est meum per nuncium,

Et vindicet, sibi illatas injurias, atrociter.

Nec



Nec enim ulla nox melior, breviorq<sup>3</sup>, occasio  
 Dari unquam temporum potuisset, quàm nunc est data:  
 Princeps abest domi, nec Princeps solus abest, sed plurimos  
 Optimosq<sup>3</sup>, Nobiles secum avexit. Quos hic reliquit insuper,  
 Neque hi domi erunt, sed in Vrbe. Qui porro pedissequas  
 Imbelles, imbellem Ducissam, Principes infantulos  
 Curamus? fenestravi hic foramen clancularium  
 Aditus, ingressus, egressusq<sup>3</sup>. Nox instat, Sol occasum petit:  
 Securitas tenet omnes, temniturq<sup>3</sup> Cuntzius,  
 Nec ratiuncula nunc ulla ejus habetur, ut qui absit procul,  
 Nec intentare quicquam aut possit, aut etiam audeat.  
 O sentiant id ipsum opto! in sinu mihi gaudeo,  
 Mihi gratulor, quòd tantoperè fortuna arrideat  
 Nobis ex omni parte. Nil superest, nisi ut ipse Cuntzius  
 Suum quod est agat, maturet, nuncium meum expleat,  
 In me nec erit mora nec negligentia,  
 Et pro me à datà fide faxo, quod est meum:  
 Primùm ut famulos meos furnaceos  
 Inebriem, reliquosq<sup>3</sup> omnes satiem lautis cupediis,  
 Festiviùs ut vivant, & in aarem utramq<sup>3</sup> dormiant.  
 Palatia deinde ut observem, & parem obices,  
 Qui in promptu sint nobis, oppessulandis januis:  
 At meum erit insuper, cavere à poculis,  
 Ne inebriet, aut profundiori somno sepeliat:  
 Immo conducit, nullum oculis somnum meis  
 Videre, totà hac nocte. Nec enim decet  
 Dormire eum, cui consilii est ingentis factio:  
 Sed quid prolixè garrus? proh quid feci an:ens?  
 Cur non sum cautior, narrandis in rebus meis?

C

Nisfor-

Nec

Ni forte quis lumbricus aut papilio circumcursitans  
Attenderit meis Oratiunculis, tam garrulis.  
Num quisquam hic est? num quisquam hic adfuit? nemon'  
mibi

Respondet? ne in fidei fano tutum satis eloqui.  
Quod tecum concipis. Sed neminem hic fuisse sentio,  
Qui prodat dicta, si modò columna saxea  
Parietesq; taceant. Optima spero; fuit nobis blanda Salus  
Ante hac semper, non illa in nos vultum rugabit postmodò.

## C H O R U S.

Te patriæ Patrem incolumè reducemq; reducat.  
Te reducem Patriæ sospitet Altipotens.

## A C T U S III. S C E N A I.

Grumpius.

**D** Eos bonos; quanta hac miseria, quanta injuria,  
Quã perferimus, qui Iudicis imploramus in Aulâ opẽ:  
Qui, cum adsumus miseri, offeramus ut libellum supplicem,  
Et imploremus Ius & Principis clementiam,  
In causis nostris, maxime ad nos pertinentibus,  
Heu quàm suspendimur & vexamur permiris modis:  
Mox etenim, nõ jam vacare Curiam, renunciium recipimus;  
Mox crastinũ aut alium in diem redire jubemur. Adsumus.  
Mox nec nunc hodiè Forum vocare nobis redditur.  
Redeundum est tertiã die. Reditur. Expectare ad ostium  
Iubemur. Expectamus; Interim hora, & hora, & hora labi-  
tur.

Vbi prandium instat; ostiarius redit, inquiens;

Abie-

Abierunt Consules, abite, redite si placet, post prandium.

Redimus. Vt reversum est, rursus statur ad ostium.

Exspectatur, si forsitan quis Scriba prodeat,

Qui ad Secretariam libellū deferat. Prodit. Rogatur anxid;

Mi Domine, num hanc operam navare vis mihi,

Et hunc libellum offerre Secretario? Appage

Te hinc, inquit ille, non mei hoc est muneris,

Videor ne tibi servire hic tam servile servitium?

Prodit secundus. Idem rogatur. Respondetur idem oppid.

Post prodit tertius, cuius si forte muneris fiet,

Promittit sed lege hanc, ut honorarium sibi debitum

Pranumeretur. Quid? pesuntur drachmae tres, dandū illic.

Si voles libellum oblatum. Intra. Nescitur an offerat,

An non. Redit. Responsum si queras, Quid importune, ait,

Putan' momento in uno posse haec omnia perlegi,

Et eodem momento responderi? putan' meos

Dominos tibi soli vacare? expecta illic ad ostium,

Negotia hinc graviora me abducunt. Ohe misellulam

Pecuniam nostram, quā venduntur nobis minae!

Mirum, quod non in Aulā gratis veneant minae; insuper

Pranumeranda pecunia, ut tibi compares minas.

Hinc omnia rectè in Curia venalia, sic argentea

Est Curia, in quā emuntur argento omnia:

Nec ibi quicquam gratis datur, sunt verbera & minae

Redimendae, emendae, precibus & pecuniā.

Dum haec ita fiunt, transit dies plus jam quàm tertius.

Die alterā ubi reditur, ut moneatur ille de hesterno negotio,

Et oblato libello: jam, sapè aut non scit planè, aut non scire

vult,

C 2

Quit-

Abie-

Quicquam oblatum esse heri: Quòd si evincatur, denuò  
 Iubet exspectari adhuc hodie insuper: gravissimas (cidat  
 Dicit Secretarium Caussas agere. Exspectatur, num forte ac-  
 Ipsum procedere Secretarium, qui cùm compellatur, nihil  
 Vidisse se libelli supplicis, respondet. Advocatur illicò  
 Nequam ille & furcifer. Is negat primùm, pòst quasi  
 In memoriam revocans sibi actum pristinum,  
 Abaco sexangulari impostum affirmat. O mores, ò seculà!  
 Tantas, ubi imploratur Ius, injurias pati!  
 Promittitur libelli lectio pòst prandium. Si fiat, denuò  
 Redeundum in Crastinum, ut responsum reppetas.  
 Sic sic Cause comperendinantur, à die in diem.  
 Nec sperandum, semper, te potiri certò quod petis,  
 Cùm sæpius petitis excidas. Molesta nulla foret mora,  
 Si semper ei spes certa boni astartet: sed hìc simul  
 Morandum est & metuendum. Quid tum postea?  
 Dicto die responsum ubi exspectatur, ostiarius  
 Redit, petitq; premium sibi atque scribæ debitum,  
 Pro consignando Rescripto. Expenditur. O nos Curia  
 Misellulos homunculos, velut pilam lusoriam,  
 Hâc, illâc, lusa ludicro jam jaçtat, jam rejaçtitat!  
 Quid agam incertum est. Dies nunc instat septimus,  
 Quo supplicem meum libellum primus obtuli,  
 Quem nomine Carbonariorum missus omnium exhibui:  
 Vt in Grunhainensi sylvâ nobis (dato annuo  
 Tributo, quod multis ab annis pendimus) liceat quoque post  
 Detruncare arbore, fractas, pinus & abietes (modò  
 In usum Carbonarium, quantum ad victum suffecerit;  
 Nam ab abietibus cavere nobis interdictum est proximè,  
 Quo consultore, quove adulate, nescio.

Miserum

Mife  
 Stab  
 Fove  
 Ocu  
 Lucr  
 Nem  
 Et m  
 Qui  
 Dies  
 Sed  
 Con  
 Se r  
 Et ex  
 In A  
 Vbi  
 Vbi  
 Vid

I  
 SA

Ne  
 SA  
 GE  
 ES  
 GE  
 GE

Miserum vitæ genus! qui cum feris  
 Stabulum commune habemus, Sylvam; queis subterranea  
 Foveæ præbent habitacula, queis Caminus fumigans  
 Oculos ferè exedit, nec dum panem atrum & furfuraceum  
 Lucrari possumus, ex tantis nostris sudoribus. (bus,  
 Nemo est, qui nostri agit curam, carbones quos diebus pluri-  
 Et multis noctibus usimus, absumentur hic unâ die:  
 Quid eduliorum absumi hic arbitrè, ubi focus  
 Dies noctesq; inextinguibili igne perennis fumigat?  
 Sed imminet Crepusculum, nec dum mihi Dominus Comes  
 Conventus est, qui Supplicationis Responsum mihi  
 Se redditurum hodiè promisit. Hunc caponem ei offeram,  
 Et expugnabo donis, si nequeam aliter. Sed ubi sit nescio;  
 In Arce non adest. Iussus sum huc ire in oppidum,  
 Vbi nunc esse dicitur. Et nî fallor illîc est quidam aulicus:  
 Vbi sit, quæram. Ast ille indignatur, vel nî fallor, ebrius  
 Videtur ille mihi, & titubare. Adibo & alloquar.

---

ACTUS III. SCENA II.

Satelles, Grumpius, Morio.

**I**O Io sic vivitur benè, sic bibitur benè!

Ad vomitum usq; bibi. GR. salvus sis lunchere optime.

SA. Quid tu tibi Carnifex? GR. Dominatio vestra igno-  
 scat, quod rogem,

Nescitin' ubi Dominus Comes jam convenier queat?

SA. Profectò tempestivè, quid tibi ille, meus qui herus? (lis.

GR. iussit me hûc redire. SA. Abi: ille est intus, & cum pocu-  
 Est occupatus: non tibi nunc dormit, cras redi. (cet.

GR. O si liceat vel verbulo uno affarier. SA. audin' non li-

GR. Sed hunc Capum dono illi redditum vellem. SA. Cedò.

Afferam.

C 3

Quis

Miserum

Quis est GR. Sum Carbonarius, novit Generositas  
 Illius, quid petiverim libello supplici, moneatur si modò.  
 SA. Intrò afferam, cedo, monebo. Ecce hoc Capus mihi  
 Adest jam tempestivè, ut insidat veribus  
 Cum gallinis aliis. GR. Faxit Deus ter optimus,  
 Ut nunc tandem responsum reddatur mihi  
 Clemens, & liberer semel ex hac oppidana & aulica  
 Spelunca, in qua deglubor ab hospite improbo,  
 Ut nil mihi sumptuum amplius. At redit, quid afferat,  
 Mox explorabo. SA. heus tu, heus, ubi est meus Dominus tibi  
 Rursum vult significari à me, nunc principem  
 Non esse domi, nil posse in hac re decerni: idcirco monet,  
 Dies Caniculares esse, & clausam Cancellariam:  
 Redeundum hùc post Mensè unum. GR. eheu miserum &  
 miserrimum,

Etiam post expectationem tam diutinam, atq; sumptuum  
 Iacturam, nil obtinere aliud! SA. revertere dicto tempore,  
 Et habebis aliud responsù. GR. Nonne adhuc semel, meo de  
 Placet vobis rogare Dominum vestrù, ut hac vice (nomine,  
 Mihi respondeat? via est longinqua, nec viaticum  
 Suppetit iterandi eandem toties viam, cibi  
 Potúsve nil domi est, annonæ charitas. SA. hæ! delicatule,  
 Si nil aliud superest cibi potúsve, caseo  
 Et pane sis contentus. GR. Ab hoc est quod desidero!  
 Iterumq; iterumq; rogo, ut pro me intercedas denuò,  
 SA. Abi inquam, abi: dicta est sententia. GR. ab si adhuc  
 fieri queat! (meum

SA. Putan' tuum me servum? GR. non, sed intercessorem  
 Et Dominum. SA. Abibo. Nescio, quomodo hunc hominem à  
 Queam amovere: certum est absq; illusionib. (me commodè

Dimitt-

Dimitti eum non posse: aliter fieri hercule nequit,  
 Quin à me deludatur. Heus parumper, prestolare me,  
 Dum redeo. GR. Libenter. Ah hominū genus injustissimum!  
 Etiam dona accipere, & justis beneficium

Iustitia nolle administrare? actum est: vix spei bona  
 Quicquam superest, mihi, vermi misellulo. Hem redit,  
 Et quendam habet secum, cum quo loquitur susurris.

MO. Quisnam ille? SA, hic ille qui tibi Sponsam tuam.

MO. meam mihi furare vult?

SA. Hic ille idem. GR. cuiusnam accusor? MO. Ehem,  
 meam tu' an mihi

Sponsam? volo cum illo me verberare. GR. insanis, nil mihi  
 Tua cum Sponsa MO. quid? negas iterum tu nebulo?  
 Volo tibi barbam evellere & crines. SA. parce inquam, par-  
 ce mi fratercule:

Aliud genus vobis ponam certamina, qui vicerit,  
 Sponsam secum abducat. GR. Ne me sic ludas, nobilissime  
 Iunchere. SA. quid oggannis? tace, ambo hūc, hūc concedite  
 In hanc arenam, & hanc mappam vobis circumdate  
 Collo, radium hunc transversim ori inserite, & comprehendite  
 Dentibus, & prosternite vos humi, & hanc pulcherrimam  
 Ambo Auchenomachiam pugnate GR. ô Iunchere intelligo,  
 Quid nos velis: parce oro, nec me ludicrō hoc habe modō.  
 SA. Tace, obstinata Cervix, tam obstinata si cervicis es,  
 Vt audio, periculum certaminis dicti subi, experiar,  
 Quae durior Cervix trahendo praevaleat, periculum (buius  
 Faciam de te: hūc te sisto. GR. oh, oh, quid feci? SA. Nī venas-  
 Desideres, recumbe: & tu recumbe Morio:  
 Certate. Eho trahite: ho trahite: actum est Morio  
 Tuā de Sponsā, tu vide sis ne perdas eam.

Io lu vicisti Morio, vicisti Morio, tua est:

Tibi Sponsa salva; eho nunc te coronabit Dominus meus,  
Et dotibus ornabit spendentibus. MO. quid stas tu nebulo?  
An adhuc unum semel trahere vis mecum? age veni, si cupis.

GR. Nolo; nec unquam de tuâ Sponsâ mihi res fuit.

SA. Audin, quôd vituperet tuam Sponsam? en tibi forficem,  
Et illicô barbam ipsi hirsutam præscinde. GR. oh improbum  
Facinus! dimitte me. MO. juva. Tene, inquit; GR. quid  
Unquam commisi in vos, quôd me tantis ignominis (mali  
Afficitis? quid peccavi? quid feci? SA tace: jam nunc senten-  
Haves. Abi. Sic excipiendi sunt à nobis Aulicis, (tiam  
Qui cum Aulicis versari nesciunt. Hoc aulicum est!

Nos, Morio, redibimus intrô, tu Domino meo

Narra tua egregia facinora, is pluribus tibi

Poculis benedicet hunc triumphum. MO. hoc volo facere;

Veni volumus intrare. GR. at, at, at, homines vel rectius

Bestias, qui me tantis injuriis & ignominis

Affecistis! hocne est implorare Ius injurias

Pati? anne humanum est, tot vexarier modis?

Quid respondebo meis consortibus, quorum arbitrio

Hûc missus sum? periit libellus supplex; nil responsi redditum

Capus meus est absumptus frustra; nec triobulus (est.

Mihi ullus, ut panis mihi miculam ullam comparem,

Mendicando transigendum est hoc iter, ut redeam domum.

Ah quid dicam rediens domum? omnibus ero risui,

Cùm vultu hoc tam deformi conspectus fuero meis

Consortibus. Nec unquam credent, hæc in Aulâ Principis  
contingere.

Mihi posse, ubi ipsa Iustitia residet. Sed oh dolor dolor!

Quid cesso? cur non curro, priusquàm concludantur oppidi

Portæ



Porte, ut Villam obtinere quandam adhuc queam : nam-  
que hic nimis

In oppido Hospites iniqui sunt : nil amplius Iuris mei  
Aut responsi potest expectari, sperare hoc velle, est somnium.  
O tu benigne Iesu tu Iudex eris horum omnium !  
Tibi nî vindicta deberetur, non impunè hoc ferret Sannio  
Ille aulicus, qui me tot vexavit modis. Sed quid moror ?  
Redeat quicumq; velit responsum reppetitum à curiâ,  
Ego ad meum furnum redibo carbonarium.

---

ACTUS III. SCENA III.

Coquus.

**N** Unquid edepol quicquam jamdiu quod magis vellem  
evenire

Mihi evenit ? quàm quòd votis meis tam feliciter  
Respondeant planè omnia : & quis ambigat  
Omnes Sanctos Sanctasq; ope adfuisse suâ ante hac  
Semper nobis, & disposuisse ritè hæc omnia ?  
Quid enim oportunius, quid exoptatius  
Mibi fuisset, quàm sine custode & presidis  
Arcem esse hanc, Aulicos abesse, indulgere temulentia,  
Nos solos. Familiam in Arce omnem somno & mero  
Sepultos, ut mihi soli, totius Arcis imperium,  
Cessisse videatur, meis manibus. Nunc est situm  
Penes me, & perdere & salvare Arcem. His manibus gero  
Vitamq; necemq; Principissa & Liberum.  
Quis obstet ? qui nunc sunt in urbe, neq; mentem neq; pedem  
Regere valent : qui hic, le hargo videntur obruti  
Ob crapulam vespertinam : His addo quòd optata noctis  
Involvant consilia & facta omnia, ut tutissimè. (tenebræ

C. 5

Quid-

Quidvis audere possis impunè, & somnus primò omnium  
 Inceptus, fortiùs caput occupans, omnes premit, tenet.  
 Quid cesso? cur non statim irruo? cur non sicâ hac meâ  
 Obtrunco & Matrem & liberos? si tam verè mihi  
 De Consilio constaret Cuntzii, quàm hoc nunc queam:  
 Clanculùm Palatium Domine irruerem: gulam  
 Peterem; decollarem; post illicò me in Principum  
 Cameram raperem, facerem similiter. Ceteros si non queam  
 Superare, ad hoc foramen conjicerem me, & ociùs  
 Elaberer? descenderem per scalam, quam removerem postea,  
 Aufugerem nemusq; proximum, prius  
 Quàm Aurora rediret, obtinerem, ut me in ventos & aërem  
 Versum arbitrarentur, vel equo Divi Georgii  
 Ereptum transvolâsse portas, turres, mœnia.  
 O si, Cuntzi, de consilio mihi constaret tuo:  
 Citiùs dicto expedirem hæc omnia. Nunc nihil audeo,  
 Quòd fortè aliud quàm mortem eorum spectet: forsitan  
 Totam Arcem & Urbem intendat occupare; Principem  
 Sede ejicere suâ, & totam ditionem subjugare sibi;  
 Et captivare Dominam & Filios:  
 Quod arbitrio & Prudentiâ ejus relinquo lubens,  
 Cui instructa Corde spero Consilia omnia.  
 Sed interim miror, cur tam diu absit Cuntzius?  
 Ne occasionem tam brevem perdat, periculum est.  
 Absentem Principem novit; paucosq; nobiles  
 Adesse novit; novit clancularias technas meas;  
 Scit tempus commidissimum, medium noctis, scit &  
 Scalas sibi afferendas, quis montem hunc queat,  
 Quo Arx superstructa est, conscendere, & foramen hoc  
 Faciliùs obtinere. Hæc omnia jam pridem novit, scit, atq; in-  
 telligit.

Ex tot

Ex tot meis Epistolis, ex tot meis transmissis nunciis,  
Nec tamen adhuc adest? quid velit hanc suam moram  
Ignoro per sanctum Urbanum. Si non dicto adsit tempore,  
In cassum eant consilia nostra, periculum est.

Sed Szi, quid audio armorum strepitum? quid? lene

Murmur? parum aberit quin foris adsit Cuntzius.

Eho: quid hoc? videor me audire Celeusten. Non erro; audio

Verè, quod videor audire, tempus est, ut convolem

Meum ad foramen, & intromittam, si qui adsint eorum,  
quos volo.

### ACTUS III. SCENA IV.

Cuntzius, Coquus, Wilhelmus.

**A** Peri. CO. Quis tu es? tun? Cuntzius? CU. ipse ego.  
CO. certè ipssus est.

Non possum aperire sed ad foramen hoc te confer cum tuis,  
Et huc irrepe. Quosnam habes tecum? CU. quàm plurimos.

CO. Nō est opus omnes intromitti: si numero sint sex virum,  
Omnes in Arce hac obtinebimus. CU. quid quæso ais?

CO. Sic inquit. Nunc huc, Cuntzi, scalam admove,  
Ascende, & per hoc foramen irrepe: illic idem

Faciant alii. VV. Quid verò si indigeamus plurimum  
Ope? faciamus ut intrent & reliqui. CO. non est opus.

CU. Qui sic? CO. nam plurimum presentia turbas excitat  
Majores, & inutiles tumultus. VV. optimè mones.

CU. Sed interim num sufficimus quoque viribus?

CO. Omnino: nam aulici omnes, qui non sunt comitati  
Principem,

Omnes

Omnes in Vrbe sunt, vino & somno ebrui. CU. Evax Deum  
Quam maturè adsumus ergo! CO. imò ut nunquam ma-  
turius (mus? CU. Principes

Adesse potuissetis. CU. quid ergo stamus? CO. quid facie-  
Ambos abducam, & captivabo, Tu nos illicò (amplius?  
Deduc ad ostium Camera, quâ dormiunt. CO. sed, nunquid  
Vis quoque Ducissæ inferre vim ullam? CU. non volo.

CO. Ergo primùm præproperè ad fores Palatiùm,  
Quis dormit illa & familia reliqua,  
Oppessulandas imus. VV. quid cunctamur ergo? CU. tu  
nobis eris

Dux. W. aut quid si candelâ accensâ nobis viam  
Monstrares? CU. Stulte quid garris? nec enim noctu igni-  
fer latet. (locis.

W. Sed ne alicubi impingamus in tenebris, & ignotis  
CO. Agite alter ad alterius successivum ductum pedes  
Regat. Tacitè sequimini. Nunc hoc expedito, ad Principum  
Vos Dormitorium hûc sisto. Introite ambo, hic ego foras  
Vos præstolabor, excipiam prædas, quas venabimini.

### ACTUS III. SCENA V.

Ernestus, Albertus, Barbyus, Wilhelmus,  
Cuntzius, Principissa, Cubicularia.

O Hoh! sine me, quo me rapis? CUN. tace modò fili,  
tace modò,

Nec enim tibi quicquam mali accidet, tace modò.  
Vbi Parens tuus mihi saltem persolverit impensas meas  
Lytri, mox incolumis salvusq; eris.

ER. Sine me, quò me rapis? CU. tace inquit, tace:  
Aut ni taceas, moriêre in hoc ipso momento temporis.

W. Ehem.

W. Ehem Cuntzi, tibi hîc & alterum, Albertum. BAR.

hoi, hei, non sum ego

Albertus, mitte me, quò me rapis? CU. perdat te Iuppiter!

Non nostin' rectiùs Albertum? Tu concede hûc ad hoc foramen, ut (hûc mihi,

Recurram redductum hunc, adductum Albertum. Tu Coque  
Lucernam affer repentè. CO. faciam. CUB. Ah nonne

quisquam adest, (trivenefica?

Qui vindicet & tueatur hanc injuriam? CUN. Quid tu

Compesce clamorem, aut stricto hoc gladio cades,

Ipsò hoc puncto. CUB. oh oh oh! CUN. tace illicò, tace,

Aut cum clamore hoc evomes vitam atq; sanguinem,

Fac, ne hiscas, & responde, ubinam sit Princeps Albertulus?

Tacen'? CUB. intus. CUN. benè est, ni intus fiet, tibi ma-  
lum.

Ceddò mihi Vulcanum, eo visum num me fallat trivenefica.

AL. Oh oh! quò me rapis? quid feci? CUN. quæso tace

Mi filiole, est & hîc Ernestus, non moriemini,

Salvi incolamesq; eritis atq; hûc redibitis,

Vbi Pater modò Lytron mihi solverit. AL. oh. Matercula!

CUN. Quid? vociferare, PR. ô indignam facinus! AL.  
matris vocem audio.

CUN. Tace sis, perge. PR. oh quòd nunc sim conclusa,  
nec pateat mihi (cis?

Exitus. AL. ô Mater! PR. Proh Cuntzi Cuntzi, quid fa-

Compesce vim & violentiam, ne quid meis

Intentes Liberis, parce & mihi meoq; Principi,

Si quicquam tibi est nobiscum, componentur omnia!

AL. ô Mater Mater! CUN. tace sis, perge. CUB. ô Prin-  
cipissa mea clementula!

PR. Emit.

PR. Emitte me. CUB. non possum, Domina, oppellata  
hïc omnia. (caligine?)

PR. Heu, heu, quòd non videam facinus tantum hoc hïc pra

WIL. Haben', adducin' ? CUN. imò adduco nebulonem.  
W I. ubi gentium (lidus,

Hesit ? CUN. Sub Spondâ se occultaverat luxuricus cal-

WIL. Quid audis ? CUN. Nil in vitâ quesivi accuratiùs.

CUB. O Luna, ô sydera, vindicate scelus vestro clementi lu-  
mine! (hunc ego

CUN. Nunc tu V Vilhelme cape Ernestum ; Albertum  
Mecum abducam in Bohemiam, tu per V oidlandiam

Cum illo contende in Franciam, properate, opus est

Maturato, satellitium meum nos exspectat foris.

AL. Ah Ernestule ? ER. ah Albertule ! ô quòd abducimur.

CUB. Abierunt, proh dolor, va, va, quòd nunc redacti ? va do-  
Dominam audio exultantem intus, va, va dolor ! (lor ?

Sicne omnes absq; ope omniù sumus ? nemo ullus adest mihi.

Qui reseret januas, quas occluserunt improbi & nefarii

illi Viri ? cur non illas reseratum eo ? quid sto diu ?

### CHORVS.

O miseræ matris sortem ! O plagam miserandam !

Cui rapta est soboles utraq; proh miseræ !

### ACTUS VI. SCENA I.

Fama, Principissa,

**H** O larma, larma, ad arma. ad arma, Cives Saxones,

Citò citò redimite raptos Principes à Plagiariis ?

PR. Proh Deûm atq; hominum fidem ! facinus grande ! im-  
probum scelus !

O scelestum Sacrilegum illum, qui istud ausus est !

Occidè

Occidi misella, plus miseriis miserior omnibus,  
 Orba, derelicta? ô exules vos, ô captivos orphanos?  
 Ah perii! quæ nunc relinquo à meis, quæ nauci repputor  
 Sive mandem quicquam, sive non, id æqui penditur,  
 Hæcine sunt obedientiæ vestræ? quorsum improbi  
 Aufugistis omnes? quæis vos sub carectis conditis  
 Lucifugi? perii misella! ah tantam contumeliam,  
 Tàm insignem, tàm grandem perpeti! satiùs est me mori,  
 Patiens damni mens, impatiens est contumelia.  
 Lingua hebet; cor aestuat, non, quæ volo, possum eloqui  
 De improbitate tantâ & hac tantâ Cunt & ferociâ.  
 FA. Indagate furem, captivate Sacrilegũ, Raptorẽ sternite,  
 Qui primò Arcẽ conscendit. PR. ubi vos qui excubias geritis?  
 FA. Et perfregit, vel quocunq; alio astu penetravit mœnia,  
 Cum suis conjuratis. PR. ubi fuistis glires torpidi?  
 Aut ubi, sepostâ & Arce & neglectâ vestrâ Dominâ,  
 Vobis indulgetis, pro vestro arbitrio & Cupidine?  
 FA. Deinde oppessulavit omnia in Arce palatia,  
 Obdidit fores, egressus impedivit. PR. quid facerem? neq;  
 Arctiùs clausus muscipulâ musculus, neq;  
 Tortuosius Musca in muscariâ araneâ premi,  
 Comprimi atq; angi potuisset, quàm conclusa ego.  
 FA. Nec dum hoc sat fuit: Cameram irrupit præceps scelus,  
 Spirans & minas & cadem, irrupit, inquam, & inclytos  
 Principes duos extraxit, surripuit, furatus est.  
 PR. ô Filios meos duos, mea pignora,  
 Pullos dilectos, unicos meos thesauros, unicas  
 Delicias meas, meum Amorem, & spem meam,  
 Patriæ decora, columen, spem, florem & gloriam,  
 Ut pecora abegit, expulsi! Quò? nondum equidem scio:  
 Ni for-

Ni fortè in lucoprimo, primoq<sub>3</sub> trivio

Maetârit victimas. Tremo, horreo, obstupesco cogitans.

FA. Friderice Princeps, quàm maturè Ecastor Lipsicis

Indulges tuis excursionibus: En tuas

Piscinas jam exustas! maete en tibi, en pisces tibi

Assatos! PR. Hoc est, hoc inquam est, contemnere

Hostes. Hoc est velle recta consulentem spernere.

FA. Ho Cives, Cives, vindicate hanc contumeliam.

PR. At quid faciam? feramne ac morsum furiosi Canis

Illatam hanc injuriam? Egone Friderici Caesaris

Soror, Egone Friderici Electoris Conjux? quid? non feram?

Sed quid non feram? factum est. Factum hoc infectum reddere

Imperatrix ipsa non posset. Nam quid hoc. Si persequar

Perduelles? si obtineam? si ducam in carcerem?

Supplicium semel si de illis sumam ferro, igni, rotâ,

Quid tum postea? quando Filii jam non supersint amplius.

FA. Ho Cives, Larma, ad arma, sequimini Plagiarios.

PR. Esto, certum est, omninò non silendum ad hoc nefas,

Non dormiendum ad hoc scelus. Sed nondum adest Cubicu-

Que postquam mihi reclusit obices, exivit aulicos (Laria.

Servos vocatum, custodes meos si Diis placet!

Vt vos Dii Deaq<sub>3</sub> omnes perdant! nemon' hic est, nemon' mei

Curam agit? FA. Ho Cives, ho Cives, ho pigerrimi

Larma, Larma, ad arma, ad arma, ad equos tardissimi,

Vindicate vestros Principes, ad arma, raptos à Plagiariis.

PR. Quid faciam? quid inceptabo? ubi collocanda spes mea?

FA. Larma, Larma, ad equos, ad arma. PR. nonne Cubi-

cularia

Redit? ipsa ea est, quam conspicio.

AC.



## ACTUS IV. SCENA II.

Principissa, Cubicularia.

**Q** Vò nunc? quid fers? dic? quid? nondum adsunt? ubi  
latent? (ter,

**CU.** Vt tenebriones illos lucifugos deperdat magnus Iuppi-  
Qui me hodierno manè circumcursitare per integrum  
Oppidum fecere? postquam nemo intus domi fuit,  
Exivi properè, perreptavi ipsa oppidi omnia compita,  
Ejulans, clamans, quærens quosvis (sed paucos) obvios:  
Heus tu, nonne ubi sint, ubi dormitent, ubi hæreant?  
Nesciunt: hâc illâc curro, conqueror de vi, de injuriâ,  
Aulicos quærens: Ecce in foro tandem incidi,  
Quo casu nescio, in diversorium aut ganeam potius virum  
Improbum: quid? postquam eò deveni, irrupi in ostium  
Ejulans, crepans, gemens. Ehem Deos bonos,  
Vt vidi, ut perii, quantus, proh quantus occupavit me rigor!  
Hic omnes video vino somnoq; mortuos,  
Humi jacere stratos, innumeri hâc illâc Scyphi  
Hesterno tumultu projecti, fracti, contusi jacent,  
Diffluxum vinum ceu flumen æstantis Albidos  
Irrigavit totum Hypocaustum. Clamavi: ut vos Dii & Dea  
Igne fulminis stratos terant, canes vos sordidos,  
Perfidios vos nebulones, qui vestris lasciviis  
Noxii, non curatis perpeffa nostra pericula:  
Surgite inquam, surgite, ut Harpyie furaces vobis furibus  
Eruant palpebris somnum oculosq; surgite inquam, surgite.  
Quid? videbantur mihi mortui. Quid, inquit, improbi,  
Nondum sat dormiisset everto mensas & subsellia,  
In prostratos conjicio quicquid fuit obviam:

D

Insani-

Insanire ut ipsa mihi sim visa, donec tandem excuterem  
 Epalpebris lethargum & merum; proclamo, accuso injuriã,  
 Damno illorum perfidiam atq; incuriam, factum eloquor:  
 Aufugio, & ad oppidanos rursum me mox confero  
 Ejulando, conquerens de vi illatã. Interim incidit, (sono,  
 Turrim ut involem. Involo, & do signa campanis, pulso, in-  
 Quoad confluxũ Civium excitarem: nunc vera undiq; undiq;  
 Divulgatum à Fama, quicquid perpeffi sumus mali.  
 Tandem, jam tandem, ut arbitror, insequentur plagiarios.

PR. Quæ sum? quæ non ab exteris injuriis  
 Sic ledor, domestici quin me gravius ledant suã hac perfidiã,  
 Conjugat Malum sibi malum, addit extero domesticum.

CU. Non tamen, quod arbitror, longè hinc aberunt, spero  
 optimè.

PR. Nil in desperatis speratur, nedum ut speretur optimè,  
 Quid verò? nõnne ullibi Comes visus? CU. piget eloqui:  
 Namq; & ille ipse oppidano festo interfuit.

PR. Ipse? ehò quid servis imputetur, quod Domini audeant?  
 Nil habeo amplius. CU. perterrebat admodum meo  
 Nuncio. Et me ecastor nõnne ille est, qui huc accurrit? certè  
 ipse est.

### ACTUS IV. SCENA III.

Comes, Principissa, Cubicularia, Satelles.

**A** Tat tremo horreoq; postquam aspexi hanc: quid di-  
 cam, sum nescius;

Adibo. Ego, illustrissima Principissa, Domina clementissima,  
 Subjectione debita rogo, ne vestram Clementiam,  
 Commissam ob hoc, à me avertatis; quicquid factum, id non  
 meã,

Culpã,

Culpâ, ast errore est factum; nec mihi quicquam mali  
 Previsum; labitur, errat, si quisquam imprudentiâ  
 Quicquam committit insciens; venia huic debetur, quam  
 mihi & ipsi ego.

PR. Non fero, qui se excusant, accusentur antequam  
 Itan' placet peccare, & adhuc peccatum velle tegere?

Moneri de imprudentiâ, nec tum imprudentiam deponere?  
 Et hoc tibi ut recens memini. CO. memini ipse prob dolor.

PR. Ut ut est, ad Principem meum hæc: quicquid statuerit  
 Ille de te aliisq;, quid mea interest? siquidẽ tuâ non interfuit  
 Nostri curam gerere CO. at ne tam gravis in me sis, heræ  
 Clementissima:

Error commissus, errore omnia facta sunt, quæ facta sunt.

PR. At sæpe & error sceleris obtinuit locum.

CO. Oro: spes nondum cõcidere, emisi hodiẽ virũm agmina  
 Quàm plurima insectandi nebutones illos: nec quisquam an-  
 Ditionis ullus, quò non emissi sint persequentium (gulus  
 Manipuli. PR. res non patitur moram, quam justo longius  
 Passa est modò CO. moram hanc celeritate celeriore resar-  
 cient.

Et ipse ego viã insistam insectandi eos. iam nunc instructus est  
 Caballus ad ostium, ut undiq;, objiciantur illis offensacula.

PR. Non improbo, fac ut placet; quò major delinquentium  
 Offensio est, si rursum offensam redimant facto novo,  
 Eò major redintegratio fit majoris gratiæ.

CO. Laudo, mihi hoc dictærium dictum volo.

Nunc abeo, Hera clementissima. CU. adhuc spero bene.

PR. Viden' fieri, ut equis abactis, contra fures stabula & o-  
 Stulti atq;, inepti inceptemus munire fortiùs; (stia  
 Et jam submerso filio obstruamus puteum;

Vt assolent Phryges sapere. Hæc Sapiencia, hæc prudentia est,  
Fide apprehensâ oculatis manibus primùm credere.  
Serum admodum est salutis tempus in mediis malis.

Sed nos intrabimus: Deus pupillorum Pater, meos (rim  
Sibi pupillos traditos defendat. CU. non debita. CO. inte-  
Vbi meus famulus? quid Demonum retardet illum, nescio?  
Vbi Caballus? nescio item, quid? hem? unde prorepis scelus?  
Quid fers? SA. Generose here, Ephippium. CO. ut te ful-  
gens Iuppiter

Disiectet. SA. oh oh oh! CO. sic nondum Caballus est  
Instructus? abi hinc, & instructo quod est opus, instrue.  
Abi, aut gladio hoc tibi transadigam cor improbum.

SA. Ab parce, here, parce mihi & tibi. CO. vix continui  
manus:

Abi hinc. Quid ergo? num sat vexor? num satis molestiæ  
Mibi creatur? ni me mens fallit, mihi nunc asscribitur,  
Quicquid damni est illatum. Egon' Custos ad ostium  
Sedeam, aut pedo, ut Pastor, servans Ovium gregem?  
Non hoc sibi Principes sumant. Sed interim  
Utrò ut fecisse me, quod est meum, compareat magis,  
Eaciam quod dixi, & hinc properabo persequentes insequi,  
Si fortè adhuc detur Raptorum adeptio.

---

ACTUS IV. SCENA IV.  
Grumpius, Carna, Baccalar.

**U**T ò vos aulicos Dii Deæq; perduint,  
Qui me sic delusistis, atq; in has redequistis miserias!  
O triste iter hæctenus emensum in fame & siti,  
Sine ullo obulo mihi, quos devorarunt aulici,  
Et postea amandârunt, cum ignominiâ

Et tur-

Et turpitudine hac! ah quidnam ego misellus homunculus  
 Dicam meis vicinis, uxori atque affinibus,  
 Cùm me sic deformatum & larvatum conspexerint?  
 Ut nunc videar mihi esse alius, nec notus à facie ipsimet mihi.  
 Mala herba est Iutta mea, atque incredula,  
 Fortasse illi vix fecero fidem, sic me in domo  
 Ipsius Principis elusum. Quid verò Vicini mei,  
 Vbi responsum Supplicationis non attulero? heu,  
 Fidem meam in dubium meum vocabunt, atq; industriam  
 Me non fidelem adhibuisse in concredito hoc negotio; (hi.  
 In Me fabam omnem cudent, imputabunt culpam omnem mi-  
 Extrà omnem cum tamen sim culpam; testes in voco Deos:  
 Heu me miserum! C. A. Quisnam ille, qui hic sic ejulat.

GR. Quid? videon?

Meam vicinam? agedum, sis salva Carna. C. A. quis tunam  
 es? GR. quid ais? (Grumpius?

Non nostin' me? Tuus vicinus, qui peregrè fuit. C. A. an tu

GR. Ille ille ipse. C. A. proh! vestitus hic equidem est mei vi-  
 cini Grumpii, (quod antea.

Sed vultus atq; barba non ejusdem. GR. hoc est, hoc est,  
 Conquestus sum, sic memet deluserunt improbissimi  
 Carnifices & meam longam barbam, ut novisti, & optimam  
 Deraserunt, cum magno ludibrio atq; injuriâ.

C. A. Deus bone! si sic res se habet, hem bene veneris domum.  
 Sine risu te non possum aspicere, ha ha he, quid inquierit tui  
 Vicini? quid tua Iutta, cum te viderit suum virum (vi?  
 Tantoperè barbam & vultum commutasse, tempore tam bre-  
 Oportet ut meum virum huc vocem, & reditum tuum  
 Nunciem ei. Tu mane hic parumper. GR. ut placet. *Jubet Carna*

Ecastor non sat est, me in Aula derisum: ludibrio atq; risui

D 3

Vicinis

Et tur-

Vicinis insuper meis ero, qui, ceu Nocteam  
Inter reliquas aves, me vexabunt pro arbitrio.

BAC. Vbi est? CA. Veni veni, ecce hic vicinum nostrum  
novum, (vicine vicinissime

Novum virum, & novam aulicam Personam. BAC. Eho  
Bene veneris domum. Quid? tunc Grumpius? GR. sum, nes  
sum Grumpius,

Mi Baccalar vicine. BA. quid? num nobis Carbonariis  
Valedicere voluisti, & vitam assumere aulicam?

Profectò quàm aulicè mihi nunc appares. GR. quid tu me  
insuper

Adhuc etiam deludis: BA. ha ha hæ, nî, fortè vexatorias  
Tecum attuleris ex Aulâ litteras, ut privilegio

Sis à vexatione munitus. CA. quid tua Jutta dicet? ibo ut  
nuncium

Ei afferam reditus tui, & merear Evangelia. (tiâ

GR. Vellem equidem ut Privilegium nostrum, de cuius gra-  
Emittebar, mecum afferrem. BA. quid? nonne affers? GR.  
non affero. (stercora,

BA. Quidnî? profectò ita est; merdâ recipit qui ablegat  
Linum simo commutans. GR. Non culpa hæc mea est, (rim.

Deum voco vindicem, si non studium, curam omnem impende-

BA. Quid ergò, si studium, curam omnem impenderis,

Cur non affers responsum? GR. oh mi vicine, nō sic res se ha-

In Aulâ, ut arbitraris; nudarunt me omni substantiâ, (bez

Vt nullus triobolus mihi relinqueretur; post, domum

Sine Responso dimiserunt, quòd nunc caniculares ob dies

Ad curiam aditus non pateret, cum urgerem amplius,

Et insuper capum dono afferrem, vide, hac me turpitudine

Miseram afficere, & barbâ derafere, injurias

Prater-

Præterquam quod multas alias sim passus ab aulicis

Plerisq<sup>3</sup> sannionibus. Vita illic degitur

Luxuriosa, ebriosa, spurca, injurians & impia.

BAC. Quid? anne ubi Princeps ipse est præstō, qui punit im-  
probos

Bonosq<sup>3</sup> defendit? GR. sic est: miratus ipse sum, in illius  
Oculis quasi, & præsentia posse hæc fieri & regi.

BA. Deos Sanctos, quid audio? itan' tibi nil responsi con-  
tigit?

GR. Nil admodum. Obtuli, quod jussus sum; sed Rescripti  
nihil,

Nisi ut redirem post Caniculares: Ast juro Deos

Non sic reversurum me in Aulam, eat quisquis volet:

Nec ulli etiam, cui cupio & volo bene,

Ero Autor aut suasor, se ut illuc conferat, (rar

Triplices injurias potius feram, quam illic ut de unâ conque-

In aulico foro. BA. mirū, mirū, quod non me terra absorbeat

Præ tam mirabili atq<sup>3</sup> inaudito hocce nuntio.

GR. Loquor quod res est. BAC. sed nostras en mulierculas,  
Venit & tua huc, desideravit te quam plurimum.

#### ACTUS IV. SCENA V.

Jutta, Carna, Grumpius, Baccalar.

Ubi est ergo meus Vir, quem dixti Carna? CA. en me-  
um apud Virum.

JU. Hic ille à dexteris? CA. ille ipse. JU. certe hic non meus,  
Ut te Valetinus perdat cū tuo falso mendacio. CA. ha ha hæc

Non nostin' ipsamet tuum Virum? tuos pedes? GR. Ego  
sum tuus manf<sup>g</sup> ipse

D 4

Vt po-

*N* [ *Vt postulata es sus, & punctunatus rarâ aspredine  
Setarum, haud absimilis feli. CA. Vt te pessimam canem  
Dii perdant, quàm maledicis verbis excipis Virum tuum!*

*JU. Quid? anne etiam ille impunè se faciat Virum meum?*

*GR. Mea Jutta nonne vestes nosti? JU. sunt plures aves*

*Plumarum earundem: non sufficiunt signa hæc mihi:*

*Cave tibi, non sic me fallis, ut quandam olim audivi foeminã*

*Persuasam à quodam Nebulone, qui commutans vestes cum  
viro*

*Virum se fecit nomine illius veri Viri,*

*Sic unico in nido duæ sunt nidulatae Aves.*

*CA. Nec hoc rarum est, nam sic Cuculus Cornicæ ova adji-  
Et in unico Ciconiæ nido multi passeruli (cit,*

*Cohabitant. BA. vah pudeat vos porcas rancidas!*

*Tacete. JU. quid? quasi vos Viri tam sitis puri & candidi:*

*Loco exempli hæc modò dicimus, quia & ipse mihi hoc malũ*

*Intentat. GR. sum tuus Vir, quid garris? satin? constas tibi?*

*JU. Consto mihi edepol: non sic à te persuadeor.*

*GR. Quæ signa ergò majora requiris? JU. Si vis ut credam  
tibi,*

*Aut si meus es Vir Grumpius, dic quando mecum nuptias*

*Celebraveris? GR. Nunc annus est decimus cum adhuc te  
Virginem*

*Vocarent & mihi desponderent; post menses duos*

*Incepimus Conjugium: Ac hinc sit quòd viginti annos simul*

*Cohabita verimus. JU. en mendacem, cui ante annos decem*

*Sum sponsata; & nunc viginti annos modò Conjugem*

*Fuisse? GR. sic est, nam nonne tu me annos decem (cem*

*Habuisti? JU. sit sanè, GR. & nonne annos rursus ego de-*

*Te habui? JU. quid tum? GR. nonne ergo bis decem sunt*

*viginti? JU. haud scio.*

*Nun e-*



Numerabo in digitis, exspecta. Decem te habui: undecim,  
Duodecim, tredecim, quatuordecim, jam quindecim: Hac  
una est manus:

Sedecim, Septendecim, octodecim, novendecim, viginti: ut me  
Deus

Iuven, sic est, viginti annos in Coniugio vixi. GR. amplius  
Num quicquam est signi quod desideres. JU. imò nondum  
Satis fecisti, sed dic quomodo Pater meus (fidem  
Vocatur? GR. ille est Lux Saudrog, affinis Betz Staber von  
der Safft.

Agnatus Christoph VVissemer von Flaxhausen, ejus Generi  
Braumen beste sunt.

Et Fußpitter von Gemmern, Ju. Verum est: sic res se habet:  
Sed quomodo Mater mea? GR. illa est buntze Merry.

Et Goit Knollfinckin, illius Consanguinea est: duas  
Isthaec Materteras habuit Menges Kübutzin & taytsch En-  
chen.

Patris Kroppen heintz carnosas filias. Ju. Rem novisti probè,  
sed unicum

Adhuc rogo te; quot Liberos habuisti mecum, si Vir es meus?  
GR. Nullos. JU. eho, non es meus maritus! GR. sum, non  
(mentior,

Nam nonne tute sola habuisti nostros liberos?

JU. Profectò ex stultâ me insanam facis. Consentio. (gulis  
Sed quòtnam sunt ii, quos ego habui? GR. quid? annis sin-  
Puerperii festum celebravimus, nisi quod primogenitus  
Statim, cum menssem unum te habuiffem, in lucem mox sit  
editus.

Maritus ipse, mea ô bona Jutta. JU. insanis, tu non es meus:  
Meus Vir pulchram habebat longâ barbam, tu circum labra N.  
V: po-

JU. Tace, tace, profectò tu maritus es meus. GR. sed anne  
pueros (um malum

Aliàs plures habueris nescio. JU. quid? tace: & dic unde De-  
Sic in Stultum te transformaveris? ut te Dæmones  
Perdant, tu ten' ipsum in Stultum cupis transfundere?  
Pudeat te ineptum & scurrilem fatuum! ex oculis meis  
Abi hinc, aut si stimulum in manus, dabis

Harum tuarum ineptiarum pœnas. BA. hem charissima  
Vicina, quomodo sic debaccharis? non hoc est commissum tui  
Culpâ Viri: audi rem tibi enarrarier prius.

JU. Tace, aut colaphum tibi impingam. CA. quid? un' Vi-  
ro meo

Colaphum minaris? hem cape hanc buffam tibi. JU. Et  
rursum hanc tibi.

CA. cape hoc. JU. ut te meretricem pessimam! BA. quid  
improba (Abscedite.

Agitis? GR. cessate. BA. heu vos furia cessate. abite. GR.

CA. Eho tua sum, tu me defendas. JU. Et tua sum quoq;

Nec me minùs defende. BA. hoc faciemus. CA. Verbera

Illam meretricem. JU. ego sum tam casta quàm tute ipsa-  
met. (ite, res minor

Ca. Et ego rursum tam casta. GR. amba casta satis. Ba.

Est, quàm de quâ inter vos litigetur: tute met confer domum.

GR. Et tute te confer domum: sub vesperam, quando de-  
ferbuit

Molestia hæc, rem totam componemus illicò. Ca. benè est:

Ego hinc eo. JU. atq; ego hinc quoq; eo. Ca. vade ut pedem

Frangas. JU. & tu collum. Ba. quiescite. GR. abite. Ba. sic,  
mei conjunctissime

Vicine, nostra fœmina turbas movent, non convenit

Nos

Nos illarum ob simultatem iras contrahere invicem.

GR. Minimè. Viri meliùs cohercere animos sciunt  
 Quàm imbelles fœmelle: mox accenduntur, mox quoq; (ros  
 Iterum extinguuntur. Ba. Sic est. GR. ast ego nunc ad cete-  
 Nostros vicinos ibo, ut convocem illos in tuam casam,  
 Quò cunctis de reditu meo & frustraneo  
 Itinere narrem. Ba. age ut placet. Ego hinc perparum  
 Abscedam, visum in proximo hoc arbusto, num mihi  
 Alicubi truncus pulcer occurrat, mox hinc apud  
 Vos rursus ero GR. fac hoc. Ba. faciam brevi.

ACTUS IV. SCENA VI.

Baccalar, Cuntzius, Albertus, Gothes,  
 Grumpius.

Cùm cogito de Grumpii hac perpeſſâ injuriâ,  
 Non possum satis mirari tantam ferociam  
 Hominum aulicùm, quèis in nos ſeviunt pauperculos.  
 O si nobis Deus quosdam daret in manus! sine  
 Atroci vindictâ non mitterentur: & hoc Jure optimo.  
 Miserum sic nos angi, ut nostris quoq; Privilegiis  
 Datis antiquitùs privemur, ne liceat vel tangere  
 Etiam arborem fractam, aut prosternere, aut radicibus  
 Et terrâ averruncare: quid de tenuibus ramusculis  
 Paremus victum? AL. modò si quicquam liceat mihi  
 Legere hic fragum, aut jam jam perii languore & in diâ.  
 CU. Legemus, ut placet, descende. BA. Sed ecce quinam sunt  
 equites ii?

Ni fallor descendunt equis, spectant humum,  
 Quid querunt? ni fortè venatores sint hominum genus  
 Quos antè. Adibo. Qui vos estis? qui hoc nostrum nemus

Nos

Per-

Perreptatis ? CU. Mi Viruncule, nil moveare, res tuto est  
loco. (bi factio

Nil hinc tibi est periculi. BAC. quid hoc, periculi ? dic quæ ti-

In hoc nemore ? & quid queritis ? CU. fraga querimus,

Hunc nebulonem enim fugitivum hero suo

Reducam in vicinam Bohemiam, quò nunc parùm

Nos scis abesse, & nî me decipit sententia,

Vix milliare hinc dimidium est, quo vobis adjacet

Bohemicus limes. BA. quid tumæ vos interim quid queritis ?

CU. En ut scias fraga querimus. BA. nî sit modò

Aliud, quod intentatis : nî sitis latrunculi.

CU. Mi homuncule fac taceas modò, pudet me tui: aut

Nobiscū nil tibi, abi. BA. Patior, modò si nihil præter fraga.

CU. Nil. AL. Hic pauca fragorum. CU. Agedum hinc

manete vos, ego hinc parùm

Abscedam, num fortè in recessu hoc arbusti sit major copia.

BA. Benè est, si nil præter fraga queritis, patior lubens.

AL. Huc porrige aurem, ego Principis sum filius,

Redime me ab hoc hoste, & merebere magna patris præmia.

GO. Quid mussitas, tu nebulo ? BA. eho tun' vim facies ei ?

heus mea Carna ades ! (puerum volo.

GO. Quid hoc signi, clangor bipennis ? BA. ho sine hunc

Adeste adeste fratres & vicini ! GO. here huc ades,

Spoliatur hic à Carbonariis. BA. huc huc fratres mei.

CU. Quid est ? quid in nos irruitis ? eheu etiam cado !

BA. Pape cadit ille, accurrite, apprehendite.

BAC. Certè latrones estis, huc equos tenete, accurrite,

Comprendite hos fures. CU. Qui vos Homunculi ?

Ne vim ullam in nos facitote. GR. Quid nî ? tundite,

Constringite BA. Carna ades dum, & hunc puerum

Adhuc

Adduc in Casam nostram: hic, hic filius est ipsius Principis.  
Tenete Equos, & liberè hos latrones prendite.

Vinclis ligate, armis spoliare. GR. sic decet.

Nunc, nunc datur vindicta in illos aulicos,

Qui me exagitarunt nuper, permiseris modis. (perè,

BAC. Manus ligate, captivate. Cu. Oramus vos magno-

Vt nos dimittatis: quid quaeso Amici vobis fecimus?

BAC, Quid feceritis? latrones estis. Cu. non sumus,

Charissimi Viri. BA. & puer ille est Gnatus Principis.

Cu. Nolite credere. BA. Qui nò crederemus: Nam servus tu-

Prohibuit illud dici: prohibendo prodidisti te forex. (us

Cu. At si vultis fidei vestrae indulgere; agedum, dimittite

Nos tantum, & hunc puerum retinete, res sese illic

Prodet, quisnam sit. BA. Non sic convenit. GR. plus credi-

mus. (cus,

Puero annuente, quàm tibi. BA. si tamen res se habeat se-

Dimitemus saluum atq; liberum. AL, Viri optimi,

Lassus sum & jejunus: si vultis, me hinc abducite.

GR. Ducemus in casam nostram, sed nil nisi furfuraceum

Habemus panem, & infumatam carnem & caseum.

AL. Benè est; fames mihi erit coquus optimus.

Procedite ergo. BAC. procedemus. Heus fratres, nobiscum

Hos nebulones, sequimini, ne solvant se vinculis (abducite

Cavete; adhuc hodiè ex nostro hoc consortio,

Quidam ad Dominum Abbatem de Grunenhain perocius

Excurret, & narrabit acta hæc omnia,

Nos illic cum captivis subsequemur, & hosce coràm eo

Sistemus: ille agnoscet causam pro arbitrio suo.

Cu. Mei Amici, ne sic procedatis: quicquid est

Quod à nobis petiveritis, dabimus: statim en

Beccu

adhuc

*Pecunia summâ magnâ nos liberabimus.* (facit.)

*GR. Nequaquam gentium. AL. ehem re. um sese ipsummet*

*BA. Nequaquam dimitemus: Ad Abbatem mox ibimus,*

*Vbi prius Puerum recreaverimus. GR. stet hac sententia.*

*BA. Procedite. GR. hic casa est tua, huc intrabimus,*

*Probè curate captivos, ne liberent se à vinculis,*

*Plagis ne clusa se expediat rursus fera.*

*BA. Omnino hoc est opus.*

### CHORUS.

*Summa Deus spes est, spes ubi cuncta perit.*

### ACTUS V. SCENA I.

*Fama.*

**D***ii prosperi, quid prosperi mecum fero?  
Quæ & quanta læta lætans nuncio!*

*Quæis lætiora non unquam Iovi,*

*Majâ genitus, cœlum in nitidum, suo*

*Caduceo explorans cuncta, attulit.*

*Jo tripudiate Cives Saxones!*

*Nolite trisari aut turbarier,*

*Sridere, gemere, lugere amplius*

*Saxonicam prolem ablatam, compedes*

*Meritos in corpore captivus gerit,*

*Qui animis dolorem iniecit compedes*

*Jo tripudiate Cives Saxones!*

*Et sic potuisse Carbonarios*

*Imbelles, enervos, pauperculos*

*Tantam vim & præpotentem injuriam,*

*Mirum ecce! vindicare & abigere,*

*Quos non abegit Arx & Civitas?*

*Jo tripudiate Cives Saxones!*

*Lat-*

*Laudabiles ô Carbonarii,*

*Restauratores gentis perdita,*

*Et vindices illatae injuria,*

*Defensores salutis patria,*

*Vos nunc facitis nos posse plaudere.*

*Jo tripudiate Cives Saxones!*

*Illi Reverendum ad Abbatem statim*

*Redemptum Principem Albertum grege*

*Comitati sunt denso: inde propediem*

*Missi ad Capitaneum Schœnburgium,*

*Princeps quod tandem in portu naviget.*

*Jo tripudiate Cives Saxones!*

*Nunc tempus est, ut alicrepos meos*

*Pedes moveam, & tendam in Franconiam,*

*Et pro clamem & canam oribus meis,*

*Quae facta sunt à paucis Carbonariis,*

*Vt alteram partem Raptorum retraham.*

*Jo tripudiate Cives Saxones!*

*Timorem his Panicum incutiam omnibus,*

*Ne cum Ernesto audeant procedere longius,*

*Sed ut attoniti gradum suspendant illico,*

*Suaq; sponte ultrò Schœnburgi Ducem*

*Ernestum raptum restituant atq; offerant.*

*Jo tripudiate Cives Saxones!*

*Atq; hinc mox transvolabo ad Urbem Lipsiam,*

*Vt Principi Friderico Patri hoc nuncio*

*Dolores omnes eximam corde, & simul*

*Narrem facinora cuncta haec & revocem domum,*

*Vt reditu hoc letu Filiorum gaudeat.*

*Jo tripudiate Cives Saxones!*

8  
Sed

*Schönburgius*  
*Albertus*  
Sed anne fidem habetis dictis meis?

En argumenta certa: nil mentita sum,

Quod sepe vulgus imputare solet mihi.

Ecce ecce, uti dixi, venit Schönburgius,

Et à latere Albertum secum movet.

Heus heus Mater gaude, & prodi; hinc ego nunc eo!

---

ACTUS V. SCENA II.

Schönburgius Albertus, Principissa, Cubicularia, Morio.

**M** I Clementissime Herule, sic ain' ? tuân'  
Prudentiâ factum quòd incideritis in Viros  
Illos? AL. sic est: nam conjeci mecum, affore  
Procul dubio, qui nosmet insectentur; idcirco lubens  
Moram traxi, atque maximè cum jam cognoscerem,  
Nos fermè attingere terminos Bohemie,  
Feci ne transirem illos, antequam vestigia (lidum!  
Nostra obtinerent insequentes. SCH. Consilium quàm cal-  
AL. Ideoq; finxi me valdè egrotum atque famelicum,  
Non posse jam amplius via molestiam  
Pati, moriendam, nî cibum potumve adipiscerer.  
Verum equidem erat me languidum; namq; integram  
Noctem & diem continuo equitatu insumpseram,  
Nondum tamen tantoperè languens, quàm diutiùs  
Potuissem adhuc aliquantum perdurare. SCH. sic oportuit.  
AL. Descendimus ergò quasitum fraga. SCH. ô felicia  
Fraga illa! Qui factum ergò, Carbonarii  
Quòd invos inciderint? AL. casu hoc nî fallor contigit,  
SCH. Non hoc casu, Dei sed singulari Providentiâ.  
Quid ille verò Carbonarius? AL. iracundus quasit

De



De itinere nostro; tunc ego insusurravi auribus

Me Principem. SCH. laudo. AL. mox iste in illos irruit

Cohorte cum sociâ, ut narraverunt ipsi prolixius.

SCH. Memini: bene est, non impune hoc laurunculi ferent,

Dabunt pœnas meritas, & nunc modò dant in carcere.

Sed ecce, nonne Domina Mater in occursum huc venit?

AL. Venit profectò: Mea Domina Mater plurimum

Salve. P R. optime optime Fili mi, fili dulcissime;

Quòd te reducem videam Deo sint gratia:

Mi fili ex unguibus Apri ereptus: an Cubicularia

Meministi somnium meum adhuc? CU. memini ô hercules!

Mi Domine Albertule, ô animule bellatule!

O felix aspectus tuus! ô reditus tuus,

Candidior ipso Sole, & clarior ipsâ Cynthia!

Voluptas nostra & corculum nostrum, nostrumq; gaudium,

Ocellus noster, nostra aurora, lux & Lucifer.

P R. Sed interim Schönburgi, quid sit de istis sceleribus?

SCH. Scelera illa occlusi carcere, & projecì in foveam

Furvam, quâ nec tantillus Solis Lunave atomus

Nedum radius penetrat. CU. neq; hoc injuria.

P R. At quid de meo altero? SCH. Quàm primum rescivî

ex Albertulo,

Reliquam partem Raptorum, Ernestulum, in Franconiam

Rapuisse, emisì aliquot Decuriones militum,

Peditumq; Equitumq; illas ferales venatum feras;

Et nunc ne quid morer, Caballo me injiciam raptissimo,

Tendamq; illorum in occursum. Parùm hinc aberit scio,

Cùm & alterum tibi sistam Filium. CU. ah det hoc Deus!

SCH. Ego hinc discedo à vestra Celsitudine.

P R. Abi. Deus tuum secundet prosperetq; iter. CU. hoc fa-

xit Deus,

E

AL.

AL. Mea Mater, ubi Dominus Pater? PR. mi Fili adhuc  
 Sed quamprimùm hocce contigit malum, illicd (est Lipsia,  
 Revocavi eum per litteras domum. CU. auditin? quid hoc  
 tumultuum? (va!

Ni fallor jam redibit. MOR. hoscha hoscha holla, bona no-  
 Pater noster Fritz jam redit domi. CUB. Quid inquis  
 Morio?

MO. Fritz pater venit iterũ domi. CUB. tu certè falleris,  
 Nec enim redit, nec est Pater tuus. MO. quis ergò Pater me-  
 Tu mater es mea, dic quis ergo Pater meus? (us?

Fortassis est unus stabularius servus: tu scis melius.

CU. Ego non mater tua sum. MO. Si non vis esse, mitte, ego  
 Quoq; non volo talem meretricem habere pro Matre. CU.  
 Te hinc scurra cave, dabis pœnas flagronibus. (Appage

MO. oh oh, sic vadit in Aulã, sic se omnes habent, nolunt  
 Audire veritatem. PR. Albertule ecce, per Deum, (enim  
 Nos non fefellit Morio, a. uest Dominus Pater.

### ACTUS V. SCENA III.

Morio, Fridericus, Principissa, Cubicu-  
 laria, Fama.

Bona dies Frizi beneveneris huc iterum domum.

CU. Cede hinc inepte. MO. ha si non vult, rursus mi-  
 hi det meum beneveneritis.

FR. Deus bone, Deus immensa Pater Clementia,  
 Tibi tibi grates debeo immensas, quòd iam meum,  
 Cum matre salvã, salvum rursus Filium

Dederis videre. *N. fl.* Salve Coniunx, salve Albertule,  
 Mi Fili, Vxor mea, quanta putan' quanta hac audacia?

PR. Imò ferina insanies. FR. non adepol potui mihi

Facinus

Facinus tam grande persuadere, nuncia

Falsi rumoris falsa haec arbitratus omnia.

PR. Haec vestra illa est, Princeps, securitas, futura quo  
Mala praedixi, ne praeterita quidem voluisti credere.

FR. Neque suspicio ulla Principem decet.

PR. sic nec despectio hostium; inter hanc & hanc  
Medio gradu si inambuletur, non impingitur.

FR. Non est despectio, sed fortis virilitas,

Ad quodlibet crepitans folium non consternariet.

PR. Vbi nil periculi fateor, sed ubi periculum est,

Nihil omnino timere, haud fortitudo est, sed temeritas.

FR. Periculum timere, adauget saepe pericula.

PR. Imò potius periculum non timere, infert pericula:

Nos ipsimet sumus exemplo: si cautiùs

Et timidiù fuisset actum, res eò

Non devenisset. FR. sat cautè & timidè satis,

Vbi arx munita & in arce vigiles excubia.

PR. Plus glire somnolentiores, atque nostros aulicos

Bibatores pumice, illi & officii sui

Tuiq; mandati immemores, conviviis

Suis indulgentes, de nobismet fuere parum

Solliciti. FR. non laudo: Sed interim, quod est factum semel,

Infectum non potest reddi. PR. hic placor tuus ille pristinus,

Quo semper nimium indulges subditis tuis:

Factum quod est semel, plectendum atrociter,

Et sic factum infectum redditur, cum non sit denuò.

FR. Plus herculè potest placor paternus Principis,

Impatiens quàm severitas. PR. laudo patientiam,

Quoad nemo illà abutitur: praestat Severitas,

Quà nemo abuti, nisi solus Princeps, potest.

li adhuc  
st Lipsia,  
quid hoc  
(va!  
bona no-  
id inquis

falleris,  
ater me-  
(us?

nitte, ego  
e. C U.  
Appage  
nolunt  
(enim

1-

um mi-

ia e

Facinus

*Patientia verò abusui cuiusvis est obnoxia:*

*Quòd si hi non puniantur, quomodo vel intimâ*

*In arce tuti simus postmodò? nec quid de altero*

*Filiolo nostro agatur constat; hic quidem*

*Reductus, at casu magè quàm prudentiâ.*

*An hoc impunè dandum? si vivo, agrè intelligent,*

*Quid sit relinquere Arcem noctu; quid sit convivariet*

*Cum detrimento Principis. FR. At quidnam Comes?*

*Nónne ille depulit vim illatam? PR. Here, si est inferre vim,*

*Vbi fieri potest vim non depellere, intulit (sentiâ.*

*Potius, quàm quòd depulerit. FR. quomodo? PR. suâ ab-*

*FR. Absentiâ? quòd si adfuisset, depulisset. PR. at interim*

*Quòd abfuerit, cum adesse debuerit, malum intulit.*

*FR. Coràm ipsum ego audiam. FA. Io Io redeo, & rediens*

*Et gestiens redeo, multis latis onusta nunciis. (quoq; gestio.*

*Gaudete mecum, inventus & hodiè est Ernestulus,*

*Suisq; redditus; conclangite; nil timete; Ernestulus*

*Parùm hinc abest; redit salvus, salvus reducitur,*

*Evax letamini, Io, Io, qui perditus erat, jam reducitur!*

*CUB. Auditin? quid narrent? quid afferant? quid hoc*

*nove,*

*Novæ & bonæ famæ? Domina mea! nunciantur optima,*

*Etiàm alterum nostrum hunc Ernestuium reducier.*

*PR. Utinam narrata tam verè narrentur, quàm verè au-*

*FR. Nihil dubitemus, fama rarò fallit, si non omnia (dio*

*Loquatur vera, certè aliquid veri tamen*

*Plerumque: imò ipsa falsa simul veri quicquam secum tra-*

*PR. Faxit Deus, ut vera hæc sint omnia. AL. ò meus. (hunc.*

*O si Fraterculus redeat! mea ab Cubicularia,*

*Agedum, præcurre num quicquam rumoris audias.*

*CU.*

*Schönberg  
redit. Ernestulus*

CU. *Præcurro. At ecce ecce huc ipsum Schönburgium!*  
*Ecce ipsum Ernestulum!*

ACTUS V. SCENA IV.

Cubicularia, Fridericus, Principissa, Ernestus, Albertus. Morio, Schönburgius.

V *Eni veni dilecte mi, veni mi Ernestule mellicissime,*  
*Veni huc, in occursum nostrum veni.*

FR. *Mi Fili Ernestule, huc, Dei potentiam & clementiam*  
*Perdisce, hic te Leonum surripuit de faucibus.*

PR. *Fili, fili huc, me exosculare. CU. mi dulcissime*  
*Animule, deliciae Matris, Patris jucunditas,*

*Mea cura, amorq; nonne gestis? ER. gestio admodum.*

PR. *En hic Fraterculus tuus alter. AL. salve mi Fratercule,*  
*Nos, quid pericula latronum, sat didicimus.*

*Ab quomodo queso tu evasisti? ER. quomodo tu Frater-*

*AL. Dicam intus, quomodo Cuntzium deluserim (cule,*

*MO. Videte videte Fratres, bene veneritis iterum domum,*

*Quomodo vobis ivit? cave, cave tantum volemus Cunt-*

*Pœnas dare, atq; in balneum, cras ducere, (tziium*

*Vbi debet accipere, Diabolus debet illum tangere.*

FR. *Schönburgi salve: mi Schönburgi, tu tuâ*

*Industria & labore prestitisti te talem virum,*

*Qualem majorem nec Patria tellus, nec ipse ego*

*Habeo atq; habebo. SCH. feci quod potui, & quod debui,*

*Nihil tantum profectum à me, quod ullius*

*Obuli aestimem præ tantâ in me Clementiâ,*

*Et me fateor debere Principi meo corpusq; & sanguinem,*

*Et quicquid sub thorace hoc objectum calet.*

E 3

MO.

CU.

MO. Et ego tibi saepe servivi cum pelle meâ, & cum pectore,  
Quando ita voravi, ut vellem mox dirumpere.

SCH. Et adhuc plures Viros habet Clementia  
Vestra sibi subditos, qui & aliâs & nunc quoque  
Tales se præbuere, in persequendis hostibus,  
Quales vult esse eos Princeps, qualesq; debent subditi.

FR. Gaudeo. SCH. namq; ipse Comes, (licet forsân suâ  
Incuriâ quicquam commissum) nunc tamen  
Fidelis & præceps fuit in venandis hostibus.

FR. si sic, lubens condono, quod factum imprudentiâ,  
Quæ error magis est, quàm culpa, & in optimi  
Cujusq; etiam mentem irrepit facillimè.

SCH. Quid dicam Abbatem à Grunenhain? quid Carbo-  
Homines viles nã cig; qui despectui & (narios,  
Neglectui habentur omnibus? qui sunt tamen  
Et caussa caputq; quoddam sint illi plagiarii

Capti & retenti: quis putet prodesse posse Patrie,  
Sibi qui suæq; familia vix profunt? PR. nullus est  
Tam humilis, sive hostis ille sive amicus, temptui  
Qui sit habendus: nonne enim Leoni musculus,  
Imbellis etiam & abjectus quantumvis profuit?  
Nonne venatorias corrasit dentibus plagas?

SCH. Sic meherculè Carbonarii plagas  
Corraserunt, & liberârunt am: bos hos Leunculos.

PR. Quinam ergo capti? SCH. Cuntziam cum quinque  
Adeptus sum, qui fax fuit totius hujus mali (sociis suis  
Cum Proditore quodam pessimo Coquo, qui in Arce serviens,  
Res omnes nostras prodidit. PR. Proh Iuppiter! quid audio?  
Nefarium illum hon. inem, atque anguem in sinu  
Fovisse! FR. ita fit per sepe, ut pullum nutrias,

Qui

Qui post aliquando calce te ingratus petat.

PR. Hinc, Filii mei, dediscite cui vis credere.

SCH. Prætereâ Nobiles duos adeptus sum, qui supplices

Mihi facti, agnoverunt se reos, tuoq; nomine,

Veniâ petiere à me, & tuam Clementiam;

Vltroq; reduxere Ernestum: orârunt conscii

Sibi sui sceleris: promisi: quod si sic uæ

Clementia videatur, intercedo & ipse pro iis.

(cus:

FR. Benè est non abnuo; erit tamen de illis consultandi lo-

Tu fac omnes serves vigilanter captos carcere,

Donec dies iudicii à me inscribatur; tunc enim

Causam omnem cognoscemus, puniemus legibus

Et Jure, quod justum & secundùm leges esse iudicabitur:

SCH. Laudo sententiam. FR. At ut pœnas decrevimus,

Sic & ne præmiorum obliviscamur: Præmiis

Namque & pœnis regitur Respublica. Ergo quid putas

De Carbonariis faciendum? SCH. Ecce Princeps Clemē-

Tantum officium si quo insigni afficias beneficio, (tissime

Certè omnium in te amorem congregabis cumulatifimè:

Vt enim meritos punire enormiter, terrores incutit:

Sic & meritis benefacere enormiter, amores conciliat.

FR. Rectè mones: Sed ubinam illi sunt Carbonarii?

SCH. Vnus præcipuus Baccalar foris est, qui primus est

Facinoris hujus Autor: num adsint reliqui, nescio:

Memini illorum quosdam Comites fuisse Albertulo.

Baccalar

FR. Quo præmio ergò dignū eum putas? SCH. dignissimo,

Et quantum quantum ille optat, nō negandum esse arbitror.

FR. Quid si ergo liberum ei faciam, rogare à me quicquid

volet?

(præstantiùs

SCH. Hoc ipsum est, quod volo; quid enim evenire potest

E 4

Homini,

Store,

a

Carbo-  
narios,

quinque  
ciis suis  
rviens,  
audio?

Qui

Homini, quàm si contingat quod cupidè desiderat?

Aliàs si dones quod tibi charum & magnum, illi fortè erit  
oneri: (ceptum alteri est.

Nec enim omne, quod huic charum & magnum est, equè ac-  
FR. probo, Ingrediantur.

Baccalar

ACTUS V. SCENA V.

Albertus, Baccalar, Fridericus,  
Schônburgius, Morio.

**D**omine Pater, hic est ille Baccalar,  
Vir ille, qui me à Cuntzio isto liberavit. FR. tunc vir  
Esille? BA. Clementissime Domine sum. FR. nihil time,  
Fecisti, quo mihi in vitâ meâ nil exoptatius  
Contingere potuit, quare ut rursus tibi  
Beneficio quodam prohem meam Clementiam,  
In te tuamq; gentem, agendum, quicquid cupis,  
Quicquid desideras, quicquid tibi exoptabile est, (tiâ!  
A me pete confidenter. BA. ô me non dignum tantâ Clemen-  
FR. Surge, inquam, dignum te tuo hoc fecisti facinore.  
MO. Debeone ego etiam à te aliquid petere? SCH. Recede  
Morio. MO. ob.

FR. Pete confidenter, nil tibi a me denegabitur. (volo  
BA. Si sic jubet Princeps. FR. non sic est, non jubeo, aſt  
Saltem ut tui ipsius rationè habeas. Quid enim hoc beneficii,  
Si jussa petantur: maleficium coacta petitio est.  
Quicquid petis pete liberè. BA. faciam. Supplex peto  
Ut vestro permissu, donec superstes sum, liceat mihi  
In sylvâ quâ nunc dego, liberè arbores (ficit.  
Decidere, quantum ad victum & carbones cremandos suf-  
SCH. O simplicitas! idem dixi antè, Voluptas quemq; tra-  
bit sua, Nec



Nec quod charum huic, dulce est quoque alteri. FR. quid?

Baccalar,

Cur tam rem vilem à me petis? de men' dubitas?

Majora petiisses. BA sat hæc mihi magna sunt,

Nec enim majoribus assuevi ex infantiâ,

FR. Agedum cape quod petis: sed insuper tibi domum

Eâdem in sylva curabo extrui: & ne victui

Tanto sudore incumbendum, annuos

Reditus farris tibi destino, unde liberaliter

Possis totâ cum familiâ tuâ, atque posteris

Etiâ omnibus, te sustinere. BA. ago gratias, quantas meâ

Concipere mente possum; det Deus ut multiplici

Talione reddatur vobis, quod in me indignum impenditur.

FR. Bono esto animo; dignissimus es, qui nostro hoc gaudeas

Beneficio. Vade & vale, & frueri, utere hisce donis omnibus.

BA. Valeat quoq; Vestra diu Clementia, in omnium

Salutem subditorum & pauperum.

---

ACTUS V. SCENA VI.

Fridericus, Baccalar, Grumpius, Schôn-  
burgius. *Princips*

**D**Eos bonos, quanta ô quanta hæc est simplicitas! GR.  
quid Baccalar

Itâ gestis? BA. quid non gestiam? dedit Princeps mihi,

Quicquid velim. GR. ane & ipse intrem? BA. fac ut pla-  
cet, haud minùs

Quoque assequere, quod cupis. GR. profectò intrabo. SCH.

Vita hæc jucundissima est,

In quâ quis natus & educatus. At en' quid tu quæso affers?

GR. sum quoque

Et ipse

Et ipse ex Carbonariis, qui convocati cepimus  
 Latrones F R. quid petis ergo? G R. priusquam Princeps  
 ivit Lipsiam,

Ego hic fui, & obtuli Domino Comiti libellum supplicem,  
 Sed nondum responsum accepi: Ergo peto à Clementiâ  
 Vestrâ clemens responsum. F R. prob, quid audio?  
 Itan' Iustitia colitur? quis tuum hunc libellum habet?  
 B A. Comes ipse, per satellitem cui tradidi,  
 Capumq, donavi, sed nil responsi adhuc  
 Accepi. F R. ut salvent vos Dii & Dea: anue munera  
 Fas à pauperibus sumere, & nihil insuper Iustitiæ reddere?  
 Pereant, qui munera sumunt: At pereant magis,  
 Qui munere Iustitiâ vendunt, pereant gravissimè,  
 Qui munera accipiunt, nec dum administrant Iustitiâ!  
 Putatn', hisce Deum indulgere posse criminibus?  
 Negatin' hoc casu nobis Deum pœnas minari?  
 Tu Carbonarie, age sis animo bono, tuâ  
 Petitione fruêris: expecta parùm foris:  
 Responsum habebis illicò per ipsum illum Comitis Satellitè,  
 G R. Ago gratias immortales. F R. Tu Schônburgi, effice  
 illicò,

Quod dixi. SCH. eo F R. Nunc nos omnes, Vxor, decet  
 Deo Vota facere, & totâ in ditione indicere  
 Festum solenne, quò Deo solvantur gratiæ,  
 Pro tantâ liberatione: Et in rei longævam memoriam.  
 Vestes has filiûm nostrûm dicabimus sacris  
 Anathemata parietibus, Ebersdorffi, & templû fundabimus,  
 Reditusq, augebimus annuos, queis pauperes  
 Et Clerici gaudere possint, ut Deo cultus pios  
 Faciant, eiq, gratias persolvant, hac dum machina

Mundi

Mundi stat, & viget pietatis & legum reverentia.

PR. Rectè facimus? nam sicut à Deo omne principium boni,  
Sic & meritò in eum exitus boni reducitur.

FR. Vbi sacra præstiterimus, convocabimus quoq;

Nostram gentem, & hunc letum diem

Celebrabimus celebritate festiva, ut cum filiis

Et nos & illi gaudeamus, ut sint gaudii

Tanti hujus participes, qui nobis optimè volunt,

Letoq; triumpho jubilent de patriæ hostibus.

Intrabimus? procedite Filii mei.

## ACTUS V. SCENA VII.

Grumpius, Baccalar, Satelles, Morio,  
Fama.

**U**bi nunc est Baccalar meus? ubi est Vicinus meus?

Ut participem faciam eum gaudii mei:

Non possum me solum sat oblectare hoc gaudio.

BA. Adibo, interrogabo, quomodo cesserit petitio.

Grumpi quid est, quod letus sis? quòd gestias? dic quomodo

Dimissus sis à Principe, quomodo exceptus? GR. festum è  
diem! (superioribus

BA. Narra id quaeso: GR. responsum in supplicationem

Diebus oblatam, recipiã. BA. Evax Deos bonos! credo omnia

In nos hodiè beneficia effundere Principem.

GR. Deus bone, quàm graviter offendebatur, quòd mea

Sumfissent munera, & nihil tamen mihi Supplici

Respondissent. BA. Sic est: si Principes rescirent sæpiùs,

Quid factitarent illi, qui prodesse debent legibus,

Et Pauperum curam gerere, è multò feliciùs

Nobiscum ageretur! GR. sic fit non minùs in quovis vita ge-

Vt scias, si serpus solus equos curat, Domino inscio,

Quã

Quàm marcescant misere & pereant alumni: imò domi  
 Meæ, si furnum Carbonarium non ipse ego  
 Curo atq; observo, sæpè damno afficior maximo.

B A. Fimo herili ager pinguescit; sic idem in Aulâ. GR. at  
 audi plura

Mi Baccalar, responsum nobis afferet ille nebulo,  
 Qui proximè mihi barbam præcidit. B A. quid audio?

GR. Profectò non feret hoc inultum, habemus Principem  
 Clementem, etsi quod leve committatur, facile illud cõdona-

B A. Mutabilis at Clementia Principis, haud secus (bitur.

Vt Aprilis Mensis. Scin' illud tritum & vetus:

Levidensa ne disrumpere,

Fiduciã herilis gratiæ;

Cujus, de hereditario

Jure, haud semper successio est.

GR. Novi ad eol; verũ est, sed quid refert parũ vexarier,

Neg; vitã eum privabimus. B A. ut placet. GR. ho, de quo di-  
 xi, advenit, (locus.

Et alterum Scurram quoq; secum habet, certus talionis hic  
 MO. Bone dies, vos nigri viri, ecce hic litteras.

Vexativas ferimus. S A. Mittit vobis, vos Carbonarii, hũc

Princeps meusq; Comes responsum ad librum supplicem,

Quem superioribus diebus obtulistis: Responsum bonum est,

Sigillo Principis ipsius obsignatum. GR. at nõnne Capum  
 meum (data:

Recipio? S A. non mi amice, nam non repetuntur quæ semel

Ille est pridẽ absumptus. GR. nolo absumptũ, tu redde eum

Aut mox ad Principem te deferam. S A. õ mei (mibi,

Amiculi nolite. GR. imò reddas. S A. si vultis, en pretium tibi

Ejusdem reddam: quanti constat? GR. drachmis quattuor.

S A. plus justo charior.

GR.

GR. Redde inquam. SA. Ehem cape tot tibi. GR. sed restat  
 mihi in super (Ibuone illo mihi

Aliud quoq; debitum. SA. quòdnam. GR. Barbam cum ne-  
 Præscidisti; irruerue Baccalar, tene, tene ambos. SA. oh! MO.  
 oh! GR. prosterne humi.

Nasum tibi rescindam. MO. hoi, hei, mitte me ire. BA. no-  
 lumus, (juria est.

Sed quicquam aliud rescindemus vobis? SA. quanta hæc in-  
 BA. Nec minùs vicino tu meo fuisti injurius, (ditum.

Barbam illi cum præscinderes. GR. sed nî vis quicquam per-  
 Dic, quid velis nobis dare? SA. quidvis quod petieritis.

GR. Agè equiores tibi erimus, nihil dabis, sed interim  
 Pœnam in te statuemus, quam si lubens in te receperis,

Dimitemus te & illum. SA. Modo vitæ atq; corpori

Parcatis. BA. parcemus. GR. Quid ergo? Clunicussionē lu-  
 Ludemus vobiscum, tu Morio prosterne, ut (dicam

Sis instar straguli. Satelles tu huic incumbere, clunibus

Protuberans, ego à latere hûc stabo, & canam,

Et hac spathâ tactum geram in illo pulpito. BA. jace.

GR. Tu Baccalar respondebis canenti. BA. præcine.

GR. Adeste chari socii

Hic est quiddam negotii,

Venite & mecum canite,

Novam historiam perpendite:

Venator exiit suâ

Jaculatum cum bombardulâ,

Anatemq; uno ictu & Lucium

Feruit sub undâ nescium.

Saltavit inde globulus,

Cervumq; in ripæ saltibus

Pascen-

GR.

Pascentem rectà transit,  
 Qui mox hoc ictu cecidit.  
 Hinc mox globus ivit in arborem,  
 Et dilaceravit corticem,  
 Quo rupto mel profunditur,  
 Apiariumq; proditur.  
 Venator musco ut obstruat  
 Foramen, ne mel profluat,  
 Dum muscum vellere voluit,  
 Leporem en à tergo corripit.  
 Quem dum ex metu à se projicit,  
 Projectu hoc uno interficit,  
 Sequelam perdicum integram,  
 In Arundineto proximam.  
 Nonne hæc felix jaculatio,  
 Piscatio & venatio,  
 Capere pisces, Anates, Apes,  
 Perdices, Cervos, Lepores?  
 Sed mentiri nunc desino,  
 Tu tandem surge Nebulo,  
 Pro plagis gratias age,  
 Tondere & Barbam desine.  
 SA. Ago gratias & executori & consortibus.  
 GR. Tu verò, Morio, quoniam consors fuisti illius nequitia,  
 Eandem opus est pœnam geras. MO. oh, oh, videte ne spathã  
 Frangatis, nam tunc non habetis aliam. BA. decuba,  
 Dicta est sententia. GR. Canite: Satis est. MO. ago gratias.  
 GR. Nunc ite nebulones, & nullas posthac injurias  
 Inferte Carbonariis. MO. volumus benè ire. SA. proh! dolor,  
 Injurias pati & insuper agere gratias.

Nihil

Nihil moveor, tacebo, non semper cum Carbonariis  
Sol splendet! malum! GR. Sic sic decet aulicas  
Remunerari injurias injuriis, Sic nos decet viros. (ticam

FA. Redeo huc visum, num quicquam agatur hic, quod m̄-  
Suppleat meam. BA. Eho Grumpi, quid hoc monstri? GR.  
unde? BA. ehem viden'?

MO. Potz, ho cucurre cucurre Frater, vivus Diabolus venit.

SA. Agedum curro. GR. Deos bonos! BA. ô Sancta Maria:  
Signa te Cruce. (veni.

GR. Crux non tuta, appropiat, ego me hinc verò in pedes,

FA. Princeps illustrisq, in luctuq, quem mirabili

Hodiè beârunt sorte Du Deaq, munere

Rursum meo utetur, mensibus aliquot sequentibus,

Præconem enim Triumphorum suorum imposterum

Me fecit, ut Triumphos & palestricos

Ludos convocem, & celebrem festos dies, quos instituit.

Sed vos, qui hic statis cur ita quæso præstolamini?

An adhuc Triumphos expectatis, & festos dies?

Celebrabuntur quidem triumphi, ast non in area hac:

Instructa est Area alia, quâ peragentur altera die:

Vos ergò abite saltem, si quid actum fuerit illis Orgiis

Festivatum, dignum memoriâ, id longis annalibus

Deinceps referam vobis. Nunc si quid restat, plaudite,

Et Posteris Friderici Principis, æternam benedicite.

### CHORVS.

Plaudite Saxonix & multum benedicite stirpi,

Plaudite & Massiacæ Soboli cum Stemate celso!

Florescat, crescat, longum stirps utraq, vivat!

Τῶ Ἰεῶ δόξα.

tie,  
bathã

atias.


dolor,

Nihil













182  
St. Michaelis



Sit nomen Domini benedictu.

a. 1. f. 1. ob. an. 1578. 16. Junij  
fron. 1578.  
ob. 1578. 16. Junij  
1578. 16. Junij

ndiFu.  
1717  
1717

Ab. v. ...  
121456

ULB Halle  
004 778 839

3



1717

1717







re  
ve  
str  
ra  
ca  
lia  
Ita  
fru  
  
pi  
sci  
rib  
ad  
dia  
pri  
qu  
ne  
Ve  
ma  
tat  
da  
str  
mi  
La  
nu  
dia  
  
pa  
str  
cu


Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

**Kodak**  
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

**KODAK Color Control Patches**

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



n Ju-  
tores,  
ætatis  
n du-  
inuti-  
ctent.  
berem  
  
n Sa-  
nt di-  
Majo-  
uibus  
Comæ-  
or ait,  
, in  
magi-  
quod  
, quod  
ate no-  
. Lau-  
it no-  
striffi-  
Hassia  
m an-  
omæ.  
  
llegis  
o no-  
publi-  
ligere  
Com-

Co  
defe  
Sax  
Pro  
ven  
Ea  
bec  
con  
te,  
pi  
est  
con  
tia

